

OEUVRES  
DE  
DESCARTES

PUBLIÉES

PAR

CHARLES ADAM & PAUL TANNERY

SOUS LES AUSPICES

DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

---

CORRESPONDANCE

V

Mai 1647 — Février 1650



PARIS

LÉOPOLD CERF, IMPRIMEUR-ÉDITEUR

12, RUE SAINTE-ANNE, 12

—  
1903

194.1  
~~D453~~  
v. 5



# CORRESPONDANCE



# CORRESPONDANCE

---

## CDLXXVII.

DESCARTES AUX CURATEURS DE L'UNIVERSITÉ DE LEYDE.

Egmond, 4 mai 1647.

COPIE MS., Leyde, Archives de l'Université.

*On lit dans Baillet, Vie de Mons. Des-Cartes, t. II, p. 316 : « Il se contenta d'écrire une longue lettre aux Curateurs de l'Université et aux Consuls de la ville (de Leyde), pour leur demander justice des calomnies des deux Theologiens (Revius et Triglandius). La lettre étoit datée du 4 du mois de May à Egmond ; et quoyqu'elle fût très-digne d'être conservée, nous la contons maintenant parmi les pièces perduës, si elle ne se trouve dans les archives de l'Université de Leyde ou dans le cabinet de quelque particulier. Il écrivit en même tèm̄s au Secrétaire de l'Université et de la Ville, nommé le sieur Jean de Wevelichoven, pour luy recommander cette affaire. » — Des recherches aux Archives de l'Université de Leyde, faites sur cette indication de Baillet, ont amené la découverte de la lettre aux Curateurs et aux Consuls, p. XXX-XXXI du Registre intitulé : Resolutien van de HH<sup>n</sup> Curateuren en Burgermeesteren, n<sup>o</sup> 4 (5 nov. 1646-11 nov. 1653). — L'autre lettre, au Secrétaire Wevelichoven, n'a pas été retrouvée. — La première étoit adressée non seulement aux Curateurs de l'Université, mais aux Consuls de la ville de Leyde. Les Curateurs, au nombre de trois, étoient les mêmes que nous avons vus déjà en décembre 1645 (t. IV, p. 339, note a). Les Consuls, au nombre de quatre, étoient : 1<sup>o</sup> Jan Ripperts<sup>z</sup> van Groenendijck ; 2<sup>o</sup> Symon van Baersdorp ; 3<sup>o</sup> Pieter Joostens<sup>z</sup> Warmont ; 4<sup>o</sup> Paulus van Swanenburch.*

Nobilissimis atque Amplissimis Dominis  
 Illustris Academiæ Lugduno-Batauæ  
 Curatoribus.

Nobilissimi & Amplissimi Domini,

Si meâ duntaxat interesset, ut ea quæ scripturus sum 5  
 intelligatis, minus libere vos hisce literis interpella-  
 rem; sed cum etiam referre arbitrer ad existimationem  
 & famam eius Academiæ cuius curam geritis, eas  
 vobis gratas fore confido.

Gaudebam nuper, cum mihi diceretur Theses quas- 10  
 dam Theologicas fuisse Lugduni ventilatas, in quibus  
 aliquid ex meis scriptis impugnabatur, & ego nomi-  
 natim designabar; existimabam enim me hoc pacto ad  
 honestum ingeniorum certamen inuitari, atque etiam si  
 de eius qui Theses istas defendit eruditione nihil antea 15  
 audiuissem, quia tamen primariæ harum Prouinciæ  
 Academiæ primarius Professor<sup>a</sup> esse dicebatur, non  
 indignum fortasse aduersarium fore arbitrabar. Sed,  
 cum ipsas Theses vidi, fateor me & indignatum fuisse  
 & doluisse: indignatum quidem, quod non opiniones 20  
 vllæ meæ refutarentur, sed ego ipse odiosissimi & le-  
 gibus quam maxime puniendi criminis, blasphemiæ  
 scilicet, insimularer; doluisse vero, quia, cum putarem  
 officij mei esse, tantam iniuriam, tam publice mihi  
 illatam, publico aliquo scripto repellere, non videbam 25  
 me id posse, primariumque Theologum tam apertæ  
 atque inexcusabilis calumniæ coram toto terrarum  
 orbe reum facere, quia inde magnum dedecus redun-

a. Jacobus Triglandius.

daret in vestram Academiam, cuius honori, quantum in me est, consultum velim, & in quâ multi sunt Professores viri eximij, quos vt amicissimos colo<sup>a</sup>. Atque idcirco, vt quàm mitissimas vias sequar, nolo quicquam  
 5 tale suscipere, quin prius omnem rem vobis exposuerim, conatusque sim ab humanitate & prudentiâ vestra obtinere vt de iniurijs, quas narrabo, curetis mihi, vt par est, satisfieri, prouideatisque ne noua deinceps exurgant, vel certe, si alias postea existimationis meæ  
 10 tuendæ vias inire cogar, id æqui bonique consulatis.

Cùm maximam iniuriam mihi factam esse viderem ab hominibus quibus nunquam, ne per somnium quidem, nocueram, putavi alias forte istius mali esse radices, & de ijs omnibus quæ contra me apud vos acta  
 15 fuerant inquirenti nuntiatum est, trimestre fere esse ex quo Regens Collegij vestri Theologici<sup>b</sup> disputationes quasdam instituere cœpit, sub titulo Analectorum Theologorum, *de cognitione Dei, & de Deo vt est ens a se*, in quibus Meditationes meas tanquam ex  
 20 professio impugnat, atque in ipso disputandi actu, reiectis ac post terga repositis Biblijs, solummodo laboratum fuisse in contradictionibus Metaphysicæ Cartesianæ ventilandis, atque hoc fuisse actum impetu satis vehementi. Fuisse vero qui Præsidem μεταβαίνειν εἰς  
 25 ἄλλο γένος docuerint, quòd de re Philosophicâ sub titulo disputationis Theologicæ ageret. Sed hoc leue est; alios enim non præflorare, sed deflorare castitatem mearum Meditationum (*Disp. 21, Th. 2*) ostendisse, dum rationum nexum non comprehendens in

a. Golius, Schooten, Heereboord, etc.

b. Jacobus Reuius (Jacques de Reves, ou de Rives).

periodos quasdam & clausulas argumentatur strenue. Denique non neminem ignorantiae aut malae fidei conuicisse ex *Th. 13 Disp. 23*, vbi verba citauit ex pag. 55 Meditationum mearum, quae non habentur & quorum sensus plane est alius; cum enim Pelagianismum eliciuisset ex verbis pag. cit. : *Sola est voluntas siue arbitrij libertas, quam tantam in me experior vt nullius maioris ideam apprehendam*, — hoc modo, si nullius maioris rei ideam apprehendo, ergo nequidem idea Dei erit maior ideam meam libertatis, consequenter liberum meum arbitrium erit maius Deo; — rogatus fuit reuerenter ab opponente vt antecedentia & consequentia legeret, & grammatice construeret adiectiuum *nullius maioris* cum suo substantiuo, quod deprehendit non esse rei, sed *facultatis vel libertatis*, vnde opponens eum ex defectu vel scientiae vel charitatis, quod peius est, istic loci argumentari probauit. Haec acta esse dicuntur disputationibus quatuor, quarum Theses his literis adiungo <sup>a</sup>, vt, si ipsas inspicere dignemini, measque etiam Meditationes forte aliquando legeritis, euidenter videatis quam vera sint quae ab ipsis studiosis de illo Regente animaduersa sunt, eique publice inter disputandum exprobrata.

Sed & longe plura, si operae est vt notas meas istis Thesibus in lucem editis adiungam, facile demonstrabo, ex quibus quam malae fidei & quam inutilis verborum meorum interpres vbique fuerit, agnosceretur. Videtur autem ille per gradus ad calumniam ascendere voluisse : in tribus enim primis Thesium libellis nomen meum non expressit, atque in primo conatus

a. Nous n'avons pu retrouver encore le texte de ces Thèses.



est duntaxat persuadere me mihi ipsi contradicere. in 2<sup>o</sup> me falsum testimonium dixisse, in 3<sup>o</sup> me esse plus quàm Pelagianum, & demùm in 4<sup>o</sup> nomen meum expressit.

5 Quibus præludijs in Collegio peractis, atrocissima omnium calumniarum in ipsâ Academiâ sequuta est : quippe Theses aliæ editæ sunt sub præsidio primarij Theologi defendendæ, in quibus hæc verba pro 7<sup>o</sup> Corollario respondentis continentur : *Internum S. Spiritus testimonium de certitudine salutis ad tempus negare sub*  
 10 *quocumque prætextu non licet; multo minus ipsum Sp(iritum) Sanctum (seu ipsum Deum, vt male Carthesius) pro impostore ac deceptore habere seu fingere, quod plane blasphemum est.*

15 Atque hæc Theses ad diem 27 Martij paratæ erant<sup>a</sup>, sed audio ad 6 Aprilis earum disputationem fuisse dilatam, cuius rei causam quærenti nuntiatum est Dominum Heereboord, Professore Philosophiæ, & eius qui quater antea contra me disputauerat in regi-  
 20 mine Collegij Theologici Collegam, cùm forte vidisset istud Corollarium, monuisse primo respondentem vt caueret ab illo defendendo, ratione cuius a me posset in ius vocari, & ei ostendisse loca mearum Meditationum, in quibus plane contrarium eius quod ibi mihi  
 25 affingitur, expressissimis verbis affirmo; simulque (vt debuit, nempe in eodem Collegio habitantem, & suæ curæ commissum) obiurgasse quòd tam contra intentionem & conclusionem meam mihi homini Christiano plane contrariam mentem affingeret; ad hæc autem  
 30 illum respondisse, non ista sibi præuisa aut præmedi-

a. Voir ci-avant, t. IV, p. 631, l. 14.

tata esse, sed se gratias agere quod monuisset, & se hoc acturum ne defenderetur tale Corollarium; authoribus Regente Collegij & Disputationis Præsides hoc fuisse actum.

Mihi etiam nuntiatum est D. Heereboord paulo post 5  
adijisse disputationis Præsides, ut cum ipso eadem de  
re loqueretur; & cum Præsides inter cætera diceret,  
se maiorem Corollarij posuisse, *nempe eum esse blas-*  
*phemum, qui Deum pro deceptore habet,* non autem mi- 10  
norem, *ut male Cartesius,* profitereturque se meas  
Meditationes nunquam legisse: regessit D. Heere-  
boord (saltem ut mihi nuntiatum est; vos an hæc  
omnia vera sint, ad ipsum potestis inquirere), illum  
tam teneri ad minorem quam ad maiorem, quia minor  
expressis verbis habetur, & quamvis diceretur esse 15  
Corollarium respondentis, non Præsidis, illum tamen  
præsidium suum non minus commodare Corollarijs  
quam Thesisibus, ac præterea respondentem sibi signifi-  
casse illud Corollarium, authore Præsides, positum  
esse. Denique, post varia colloquia, Præsides rogavit 20  
D. Heereboord ut diceret respondententi, quandoquidem  
Theses nondum essent distributæ, ut deleret Corolla-  
rium, quia nollet defendere.

Sed nihilominus post paucos dies, mutata iterum  
sententiâ, Theses cum Corollario defendit, & in totâ 25  
illâ disputatione de nullâ aliâ re est actum, quam de  
istius Corollarij minore, *nempe an Cartesius esset blas-*  
*phemus,* atque an ad istius Præsidis tribunal pertineret  
eius rei cognitio. Vbi cum ex vnâ parte Respondens,  
histrionice vibratis brachijs, in me ac meas Medita- 30  
tiones inueheretur, & Præsides cum multis vociferatio-

nibus horrendam, impiam, blasphemam meam Metaphysicam esse pronuntiaret, ex aliâ parte duo primum doctissimi iuuenes suis argumentis, ac deinde etiam D. Heereboord (cui sane maximas ob id factum gratias debeo) feriâ & graui admonitione veritatis & innocentiae patrocinium fufceperunt.

At quamuis egregios habuerim defensores, quamuis causa mea per se fuerit manifesta, an, quæso, æquum fuit me absentem, nunquam monitum, & eorum quæ fiebant plane ignarum, ad tribunal inquisitorium primarij vestri Theologi sic trahi, vt me criminis quàm maxime execrandi conuictum esse fingeret, atque horrendum, impium, blasphemum altissimâ voce damnaret? Causabitur fortasse Academiarum libertatem, quòdque ibi non de personis, sed de opinionibus duntaxat vnusquisque iudicet pro captu suo, non vt quemquam offendat, vel ea quæ dicit, tanquam si a legitimis iudicibus decreta essent, velit rata esse. Quæ excusatio in aliâ regione, atque in calumniâ minus euidenti, minus sceleratâ, & ad ipsam Academiarum libertatem extinguendam non paratâ, facile aliquem inueniret locum; sed calumnia tam euidentis, tam præmeditata, tam atrox, nullibi gentium, in his autem Prouincijs nulla quantumuis exigua, quæ ab isto genere hominum venit, est ferenda.

Vt autem quanta ista calumnia fuerit appareat, hîc adhuc dicam mihi nuntiatum esse, cùm inter disputandum opponens Præsidem & respondentem interrogaret ex quo loco scriptorum meorum possent probare, me Deum pro deceptore habere, primum locum quem citauerunt (& ad quem referuntur alia omnia quæ pro

hac re attulerunt) hunc fuisse, in Med. p. 13<sup>a</sup> : *Supponam igitur non optimum Deum fontem veritatis, sed genium aliquem malignum, eundemque summe potentem & callidum, omnem suam industriam in eo posuisse vt me falleret, &c.* Vbi cùm opponens ostenderet me expresse 5  
 ibi distinxisse inter *optimum Deum fontem veritatis, & malignum genium*, atque negasset me velle, imò etiam me posse (addidi enim *fontem esse veritatis*, vt ostenderem istud eius attributum cum deceptione pugnare) 10  
 illum optimum Deum pro deceptore, non dicam habere (quâ de re nulla ibi quæstio erat), sed supponere, atque istam suppositionem in malum genium transfu-  
 tulisse ; responderunt me vocare illum deceptorem *summe potentem*, talem autem nullum esse nisi verum 15  
 Deum. Cuius responsionis occasione possem exclamare illos hoc pacto omnia dæmonia, omnia idola, omnia Gentilium numina pro vero Deo vel veris dijs habere, quia nulla sint in quorum descriptione aliquod attributum, soli Deo in rei veritate conueniens, non contineatur. Merito etiam adderem hoc esse *horrendum, 20*  
*impium, blasphemum*, præsertim quia non supponitur duntaxat, sed affirmatur & pessimo exemplo in publico auditorio iuuentus docetur, & quidem ad calumniam instruendam. Sed dicam tantùm me, cùm scirem *bonum esse in integrâ causâ, malum autem ex quouis defectu, & 25*  
 locus exigeret vt potentissimum aliquem deceptorem supponerem, ibi distinguendo inter bonum Deum & malum genium, docuisse, si per impossibile talis potentissimus deceptor daretur, illum tamen non fore bonum Deum, quoniam in eo esset defectus quem de- 30

ceptio inuoluit, sed tantummodo habendum fore pro maligno aliquo genio. Nec dici potest, ad impugnandam suppositionem, quâ ibi vsus sum, *non esse facienda mala vt eueniant bona*; talis enim suppositio  
 5 nullam in se habet malitiam vel bonitatem moralem, nisi ratione finis ad quem refertur, quia est actio intellectûs, non voluntatis, magisque ostendit nos nec credere vel credi velle. Finis autem meus optimus fuit, quia non vsus sum istâ suppositione, nisi vt melius  
 10 euerterem Scepticismum atque Atheismum, probaremque Deum non esse deceptorem, atque hoc ipsum pro omnis humanæ certitudinis fundamento statuerem: adeo vt ausim gloriari, neminem esse  
 15 mortalium, de quo minus iuste minusque probabiliter fingi possit illum habere Deum pro deceptore, quàm de me, quia nemo ante me (saltem cuius scripta habeamus) tam expresse, tam serio & tam diligenter verum Deum deceptorem non esse demonstrauit.

20 Mirarerque profecto istud genus calumniæ tam impudens, & nullum eius exemplum visum fuisse arbitrarer, nisi recentissimum haberem in alijs eiusdem farinae, qui me Atheismi accusarunt, non alio id probantes argumento quàm quòd scripsissem contra  
 25 Atheos. Cùmque considero multa alia esse in meis scriptis, quæ meliori iure reprehendere potuissent, vel vbi calumnia minus apparuisset, rationesque examino cur ista potissimum elegerint, duas tantum possum reperire: vna est, quòd hoc pacto duo crimina quàm  
 30 maxima & legibus quàm maxime punienda, blasphemiam & Atheismum, obiecerint; altera, quòd videan-

tur velle ostendere se non curare vt probabilia sint ea quæ affirmant, quia nullam habent spem in suis rationibus, sed solis clamoribus, autoritate, supercilio, præiudicijs superiores se fore confidunt. Sic accusationum suarum acerbitate volunt alios perterrefacere, vt Academiarum ingeniorumque libertatem plane tollant; nam sane, si ius, si æquitas, si rationis euidencia contra inconditas istorum hominum vociferationes nihil prodest, quid opus est Academijs ad naturale lumen ingenij excolendum? Et quid superest, nisi vt, reiecto omni ratiocinio, id est ipsâ humanitate exutâ, clausis oculis, quicquid homines isti dictabunt amplectamur, impotentibusque eorum affectibus inhonestissime seruiamus?

Nunc vero, quod in his Prouincijs potissimum hoc genus maledicendi per disputationes & Theses quàm maxime sit periculosum, non opus est vt probem; vos ista melius me cognoscitis. Sed omittere non debeo, cur mihi potius quam plerisque alijsque, cum istâ ratione perstringor, tacere non conducat. Nempe paratum habeo accusatorem G. Voetium, primarium alterius Academiæ Theologum (quod in Ordinis infamiam dictum nolim, alios enim etiam noui doctos, probos, honestos, moderatos); mihi autem tam insensus est, vt Schoockius in legitimo iudicio Groningæ declarauerit se ab illo & a Dematio fuisse sollicitatum, vt falsum testimonium scriberet, quo Voetius in alio iudicio contra me vteretur<sup>a</sup>. Hocque illis euidentissime probauit varijs actis a Voetio & Dematio scriptis, quorum præcipua pars ipsorum iudicium autoritate

a. Voir ci-avant, t. IV. p. 199.

in *Bonæ fidei sacro*<sup>a</sup> typis exscripta est, adeo vt iam dubitare non debeam, quin ille idem qui tam sollicitè falsa testimonia quæsiuit, quibus me conaretur euertere, publica ista Disputationum ac Thesium in quibus  
 5 *plus quàm Pelagianus & blasphemus* dicor, auidissime sit arrepturus, nisi mature ipsa refutem. Non dubitandum etiam quin, vt istorum testimoniorum authoritatem augeat, cum multis amplificationibus dicturus sit, illum, qui me blasphemum iudicauit, esse  
 10 primarium Academiæ vestræ Theologum; alium autem, qui me plus quàm Pelagianum vocauit, esse Regentem vestri Collegij Theologici, atque etiam vnum fuisse ex delegatis ad versionem Bibliorum: dicatque neminem debere dubitare, quin valde fideliter & pe-  
 15 rite verba mea sit interpretatus, vel putare illum esse maledicum, cuius curæ commissa est omnis iuuentus, quæ a vobis in eam spem educatur vt concionatores fiant, & non modo eruditione, sed etiam præcipue charitate, integritate, alijsque virtutibus suis hæc  
 20 Prouincias informent.

Interim scripta mea in hominum manibus versantur, & ex ijs solis, quamuis tacerem, quamuis opprimerer, æquitas causæ meæ omni tempore in multis partibus orbis terrarum cognoscetur; quæ vtrum in  
 25 laudem Academiæ vestræ cessura sint, vestrum est æstimare. Sed enixissime vos rogo, & quanto possum cum affectu obtestor, vt, dum illi consulitis, mihi etiam a duobus vestris, Regente Collegij & Professore Theologiæ primario, curetis ita satisfieri, vt deinceps

a. Opuscule de MARESIUS (DESMARÈTS) sur le procès de Descartes et de Schoock à Groningue.

vereri non debeam, ne illorum maledictis in præiudicium contrà me inimici mei vti possint. Id agentes summo beneficio afficietis,

Nobilissimi & Amplissimi Domini,  
Vestri obseruantissimum

5

DESCARTES.

Egmondæ, 4 Maij 1647.

Cette longue requête de Descartes, que nous publions ici pour la première fois, était connue par un résumé de Heereboord, dans une Epître aux Curateurs de l'Université de Leyde, datée du 12 février 1648, et publiée aussitôt. La même Epître se retrouve en tête des *Meletemata philosophica* de ce professeur, en 1650 d'abord. Nous donnerons le passage d'après la dernière édition, 1665, p. 17, déjà citée au t. IV, p. 78-79 :

« Nostis ipsi, Nobiliss. et Ampliss. Domin., quam serio vobis præterito  
» anno per litteras conquestus sit D. Des Cartes de impacto sibi temere  
» *Pelagianismo* a Coll. Theol. Regente D. Jacobo Revio, in Disp. 23.  
» Anal. Theol. th. 13. ex verbis Med. meta. 4, p. 55 : *sola est voluntas*  
» *sive arbitrii libertas, quam tantam in me experior. ut nullius majoris*  
» *ideam apprehendam, et male citatis et male explicatis, quorum alterum*  
» *inscitiae est, alterum perfidiae.* »

P. 17 : « Nostis quam idem iisdem litteris querelam instituerit de im-  
» putatà sibi a primario nunc professore Theologo, D. Jacobo Triglandio,  
» *Blasphemiâ*, in coroll. 7. ad 6. Aprilis defenso : *Internum Spiritum*  
» *Sancti testimonium de certitudine salutis ad tempus negare sub quo-*  
» *cumque prætextu non licet, multo minus ipsum Spiritum Sanctum (seu*  
» *ipsum Deum, ut male Cartesius), pro impostore ac deceptore habere seu*  
» *fin gere, quod plane blasphemum.* Non referam, quam fideliter et Res-  
» pondentem, et Rev. D. Præsidentem Collegam monuerim, ut, si paci et  
» honori suo consultum vellet, ab illo corollario et crimine personali de-  
» fensitando abstineret, qui se majorem corollarii posuisse, *eum esse*  
» *blasphemum, qui Deum pro deceptore habet* non autem minorem, *ut*  
» *male Cartesius*, ac Meditationes ejus nunquam se tum legisse professus  
» est, et indicari a me petiit Respondenti. ut deleretur : nec dicam, quo-  
» modo sententiam mutaverit ac disputaverit, ac turbæ ingentes sint  
» exortæ. »

D'autre part, Revius ne laissa point passer sans protestation cette attaque de Heereboord, lorsque l'Epître de celui-ci, supprimée en 1648 par ordre des Curateurs, reparut en 1650. Il publia cette même année un petit in-12.



de 326 pages, intitulé *STATERA PHILOSOPHIÆ CARTESIANÆ, qua Principiorum ejus falsitas et dogmatum impuritas expenditur ac castigatur, et ad virulentam Epistolam, præfixam selectarum Disputationum Adriani Heereboortii volumini primo, respondetur. Auctore JACOBO REVIO SS. Theol. Doct. et Collegii Theol. Ill. Ordd. Hollandiæ ac Westfrisiæ Præfecto.* (Lugduni Batavorum, ex officina Petri Leffen.) Sans date, mais l'Épître dédicatoire à Jacobus Triglandius, alors recteur, est datée du 27 septembre 1650 (*V Kal. Octob.*). Voici le passage, p. 215-217 :

« ... Pro me ut respondeam ratio exigit, quem insectatur (Heereboortius) hac contumeliosissima apud AA. DD. Curatores accusatione :  
 » *Nostis ipsi... alterum perfidiæ*<sup>a</sup>. Immane crimen, et cujus unius causa  
 » operæ pretium fuit hanc Epistolam examinari. Excutiamus ergo singula. Nosse ait Nobb. et AA. DD. Curatores quid Des Cartes de me per  
 » litteras conquestus sit. Quidni hoc nossent, cum Epistola ad eos fuerit  
 » missa? Nec soli illi hoc noverunt, sed novit adversarius, norunt omnes  
 » Cartesiani, quorum manus et oculos illa Epistola, etiam in Belgicum,  
 » ut audio, sermonem versa diu lassavit. Multis ergo illa innotuit; at  
 » mihi, cujus maxime intererat, non innotuit, nec in hunc quidem diem.  
 » Interim non stetit per inimicos hosce homines, quominus extrema in  
 » me, illius nunquam mihi, ut dixi, visæ Epistolæ ratione statuerentur.  
 » Verum liberavit me hæcenus Deus à laqueo hoc aucupantis, et à peste  
 » hac in caligine pervadente. Beat autem nos Heereboortius, dum illius  
 » argumentum Epistolæ nobis apperire dignatur. Id autem erat querimonia  
 » super Disputatione quadam adversus Cartesium habita. Si hic vestigia  
 » adversarii premere in animo haberem, facili negotio elaberer. Is  
 » enim, cum in Disputationibus sibi omnia licere velit, et nihil tam falsum  
 » sit quod in illis non sumat defendendum, ea tantum ratione, quod id  
 » faciat exercitii causa, id ipsum et mihi hic subvenire æquum esset. Si  
 » enim illi licet exercitii causa, falsum dicere de Deo, cur non et mihi de  
 » Cartesio? Verum absit, ut quam in illo culpam non fero, eam in me  
 » admittam. Crimen ergo ipsum consideremus : *Pelagianismi*, inquit,  
 » *Cartesium insimulavi, et in loco quo id probarem bis erravi*. Novum  
 » vero crimen, et ante hunc diem inauditum, hominem Jesuitam Pelagianum  
 » appellare! Quis tam illius sectæ fautor inepte est, ut hoc fateatur?  
 » Consideremus vero locum in quo injuriam eum à me passum quiritatur;  
 » quod peccatum profecto et candide fatebor, et supplex deprecabor,  
 » nisi in eo ipso loco eum omnem Pelagianismum exuperasse demonstravero. »

Suit une longue discussion de polémique, et de polémique posthume, où Revius s'évertue à prouver, à grand renfort de textes, que l'accusation contre Descartes n'est que trop bien fondée, p. 217-231.

a. Revius reproduit tout le premier alinéa de Heereboord, p. 12 ci-avant.

Revius répond ensuite au second alinéa de Heereboord, relatif à l'accusation de blasphème contre Descartes (ci-avant, p. 12) :

« ... Pergit Heereboortius : *Nostis quam idem... ingentes sint exortæ.*  
» Hæc Heereboortius. »

« Ubi 1. Iterum nos beat, quod alteram Partem Epistolæ criminosa  
» nobis indicat, quæ nec ipsa unquam ad manus Clar. Triglandii pervenit,  
» unde nihil miri si, quod poterat, se super eo negotio adversus Carte-  
» sium non defenderit. »

« 2. Rem falsissimam hic supponit, nempe contineri illo corollario  
» *crimen personale*, quum de solo dogmate dicatur, *quod planè blasphemum*,  
» de persona autem nihil aliud, quam, *ut male Cartesius*, in quo  
» nulla criminalis accusatio est. Si hanc ex illa sequi arbitretur, imperitè  
» judicat. Audiatur quod non ita pridem circa aliud argumentum monui :  
» *De dogmate quod asserui* (addo nunc et quod hic asseruit Triglandius),  
» *licet forte duriuscula phrasi, in PERSONALEM INVIRIAM non debet mutari.*  
» *Qui inter pontificios Thomæ Aquinati, quem pro Sancto colunt, dogmata falsa, atque etiam hæretica attribuunt, nolunt tamen id in contumeliam tanti, ut ipsis quidem videtur, divi redundare. Vide tractatum Theologorum Parisiensium, contra errores Johann. de Montesono, subnexum Magistro sententiarum. Neque qui durius quid dicunt de anabaptismo (quod omnes jam faciunt), injurii esse censentur in S. Cyprianum qui illum imprudenter asseruit.* (V. cætera de usu capillitii p. 50, 51.) Non ergo Triglandius hic CRIMEN PERSONALE intendit Cartesio, eo quod ejus sententiam qualis revera est proposuerit, et in auditorio Theologico ventilari permiserit. Sed Cartesius crimen personale intendit Triglandio, dum eum non argumentis confutat, sed querelam de eo defert ad AA. DD. Curatores. »

« 3. Quod monuerit Triglandium Heereboortius, ut à corollario illo defendendo abstineret, id alium quemvis magis quàm illum decuisset.  
» Quum enim ipse sibi liberum velit esse quælibet Respondentium suorum ἐπιμετρεῖα publicè tueri, qua fronte id ausus carpere in Triglandio? Num se solum liberum arbitratur, reliquos autem servos? Tyrannis hæc esset, non libertas. »

« 4. Quod Triglandius professus fuerit, se hactenus Cartesiana non legisse, ideoque à positione Respondentis sui abstinere statuerit, sed postea sententiam mutaverit, id aliquid ex vero habere potest. Ita enim surdis passibus grassabatur hæc lues, ut Theologiæ professores omnes (nec hoc negarent, si viverent) ad tempus latuerit, donec moniti, et re intellecta, periculum Academiae et viderunt omnes, et ei invenienda remedia censuerunt. Id ergo et ipsum accidit Triglandio, unde eum distulisse disputationem illam ad duas, si recte memini, hebdomatas, prudentia proculdubio fuit; eo enim tempore locis Cartesii ostensis et inspectis, verum esse id quod ei tribuebatur deprehendit. Et corollarium de quo agebatur, adversus omnes Cartesianos, et te quoque qui

» copias illorum afflictas instaurare nonnihil nitebaris, ita dextere, ita  
 » solide ac nerveose protrivit, ut omnes et magni senis promptitudinem  
 » admirarentur, et vestram miserarentur ariditatem. Neque ullæ in hac  
 » disputatione (quod videris persuasum velle) turbæ sunt exortæ, sed  
 » omnia summa cum tranquillitate et attentione peracta fuerunt. » (*Statera Philosophiæ Cartesianæ, etc., Auctore JACOBO REVIO, Lugduni Bata-*  
*vorum, p. 234-237.*)

## CDLXXVIII.

## DESCARTES A ELISABETH.

[Egmond, 10 mai 1647.]

Texte de Clerselier, tome I, lettre 19, p. 63-66.

« A Madame Elizabeth, Princesse Palatine, etc. », *sans date. Mais la date est donnée par la réponse d'Elizabeth, lettre CDLXXXVII ci-après. Descartes répond ici à la lettre CDLXXIII ci-avant, du 11 avril, t. IV, p. 628.*

Encore que ie pourray trouuer des occasions qui me  
 conuieront à demeurer en France, lors que i'y feray,  
 il n'y en | aura toutesfois aucune qui ait la force de  
 m'empescher que ie ne reuienne auant l'hyuer, pouruû  
 5 que la vie & la fanté me demeurent, puis que la lettre  
 que i'ay eu l'honneur de receuoir de vostre Alteffe me  
 fait esperer que vous retournerez à la Haye vers la fin  
 de l'esté<sup>a</sup>. Mais ie puis dire que c'est la principale rai-  
 son qui me fait preferer la demeure de ce pais à celle  
 10 des autres ; car, pour le repos que i'y estois cy-deuant  
 venu chercher, ie preuoy que d'oresnauant ie ne l'y  
 pourray auoir si entier que ie desirerois, à cause que,

a. Voir t. IV, p. 629, l. 8.

n'ayant pas encore tiré toute la fatisfaction que ie de-  
 uois auoir des iniures que i'ay receuës à Vtrech, ie  
 voy qu'elles en attirent d'autres, & qu'il y a vne troupe  
 de Theologiens, gens d'école, qui semblent auoir fait  
 vne ligue ensemble pour tafcher à m'opprimer par ca- 5  
 lomnies ; en forte que, pendant qu'ils machinent tout  
 ce qu'ils peuuent pour tafcher de me nuire, fi ie ne  
 veillois auffi pour me défendre, il leur feroit ayfé de  
 me faire quelques affronts.

La preuue de cecy est que, depuis trois ou quatre 10  
 mois, vn certain Regent du College des Theologiens  
 de Leyde, nommé Reuius, a fait difputer quatre di-  
 uerfes Thefes contre moy, pour peruertir le fens de  
 mes Meditations, & faire croire que i'y ay mis des  
 chofes fort abfurdés, & contraires à la gloire de Dieu : 15  
 comme, qu'il faut douter qu'il y ait vn Dieu ; & mefme,  
 que ie veux qu'on nie abfolument pour quelque temps  
 qu'il y en ait vn, & chofes femblables<sup>a</sup>. Mais, pource  
 que cét homme n'est pas habile, & que mefme la plus-  
 part de fes écoliers fe mocquoient de fes médifances, 20  
 les amis que i'ay à Leyde ne daignoient pas feule-  
 ment m'auertir de ce qu'il faifoit, iuſques à ce que  
 d'autres Thefes ont auffi esté faites par Triglandius<sup>b</sup>,  
 leur premier profefſeur en Theologie, où il a mis ces  
 mots †††<sup>c</sup>. Sur quoy mes amis ont iugé, mefme ceux 25  
 qui ſont auffi Theologiens, que l'intention de ces  
 gens-là, en m'accuſant d'vn ſi grand crime comme est

a. Voir ci-avant, p. 3.

b. Tkigl. (*Clers.*).

c. *Eum esse blasphemum, qui Deum pro deceptore, habet, ut male Car-tesius.* (Voir ci-avant, p. 6, l. 8 : cf. p. 5, l. 11-14.)

le blaſpheme, n'eſtoit pas moindre que de taſcher à faire condamner mes opinions comme tres-pernicieufes, premierement, par quelque Synode où ils feroient les plus forts, & enfuite, de taſcher auſſi à me  
5 faire faire des affronts par les Magiſtrats, qui croyent en eux ; & que, pour obuier à cela, il eſtoit beſoin que ie m'opofaſſe à leurs deſſeins : ce qui eſt cauſe que, depuis huit iours, i'ay écrit vne longue lettre aux Cu-  
rateurs de l'Academie de Leyde<sup>a</sup>, pour demander iuſ-  
10 tice contre les calomnies de ces deux Theologiens. Je ne ſçay point encore la réponſe que i'en auray ; mais, ſelon que ie connois l'humeur des perſonnes de ce païs, & combien ils reuerent, non pas la probité & la vertu, mais la barbe, la voix & le ſourcil des Theolo-  
15 giens, en ſorte que ceux qui ſont les plus effrontez, & qui ſçauent crier le plus haut, ont icy le plus de pou- uoir (comme ordinairement en tous les états popu-  
laires), encore qu'ils ayent le moins de raiſon, ie n'en attens que quelques emplaftrés, qui, n'oſtant point la  
20 cauſe du mal, ne ſeruiront qu'à le rendre plus long & plus importun ; au lieu que, de mon coſté, ie penſe eſtre obligé de faire mon mieux, pour tirer vne entiere ſatiſfaction de ces iniures, & auſſi, par meſme occaſion de celles d'Vtrecht ; & en cas que ie ne puiſſe obtenir  
25 iuſtice, (comme ie preuoy qu'il ſera tres mal-ayſé que ie l'obtienne), de me retirer tout à fait de ces Pro- uinces. Mais, pource que toutes choſes ſe font icy fort lentement, ie m'aſſure qu'il ſe paſſera plus d'un an. auant que cela arriue.

30 Je ne prendrois pas la liberté d'entretenir voſtre

a. Lettre précédente. p. 1.

Alteſſe de ces petites choſes, ſi la faueur qu'elle me fait de vouloir lire les liures de Monſieur Hoguelande & de Regius<sup>a</sup>, à cauſe de ce qu'ils ont mis qui me regarde, ne me faiſoit croire que vous n'aurez pas des-agreable de ſçauoir de moy-mefme ce qui me touche; outre que l'obeiſſance & le reſpect, que ie vous dois, m'oblige à vous rendre conte de mes actions. 5

Ie louë Dieu de ce que ce Docteur, à qui voſtre Alteſſe a preſté le liure de mes Principes<sup>b</sup>, a eſté long-temps ſans vous retourner voir, puis que c'eſt vne marque qu'il n'y a point du tout de malades à la cour de Madame l'Electrice<sup>c</sup>, & il ſemble qu'on a vn degré de ſanté plus parfait, quand elle eſt generale au lieu où l'on demeure, que lors qu'on eſt enuironné de malades. Ce medecin aura eu d'autant plus de loifir de lire le liure qu'il a plù à voſtre Alteſſe de luy preſter, & vous en aura pù mieux dire depuis ſon iugement. 10 15

Pendant que j'écris cecy, ie reçois des lettres de la Haye & de Leyde<sup>d</sup>, qui m'apprennent que l'aſſemblée des Curateurs a eſté différée, en ſorte qu'on ne leur a point encore donné mes lettres; & ie voy qu'on fait d'une broüillerie vne grande affaire. On dit que les Theologiens en veulent eſtre iuges, c'eſt à dire me mettre icy en vne inquisition plus ſeuere que ne fut iamais celle d'Eſpagne, & me rendre l'aduerſaire de leur Religion. Sur quoy on voudroit que j'em- 20 25

a. Voir ci-avant, t. IV, p. 630, l. 5 et l. 15.

b. Weiss. Voir t. IV. p. 630, l. 18-20.

c. L'électrice douairière de Brandebourg. Voir *Ib.*, p. 629, *note a.*

d. Lettres perdues. Celles de La Haye venaient ſans doute de Huygens, ou de Wilhem, ou de Brasset: celles de Leyde, de Heereboord ou de Hooghelande.

ployasse le credit de Monsieur l'Ambassadeur de France.  
 & l'autorité de Monsieur le Prince d'Orange, non pas  
 pour obtenir iustice. mais pour interceder & empeſ-  
 5 cher que mes ennemis ne passent outre. Je croy pour-  
 tant que ie ne fuiuray point cét auis<sup>a</sup> ; ie demanderay  
 seulement iustice ; & si ie ne la puis obtenir, il me  
 semble que le meilleur sera que ie me prepare tout  
 doucement à la retraite. Mais, quoy que ie pense ou  
 que ie fasse, & en quelque lieu du monde que j'aïlle,  
 10 il n'y aura iamais rien qui me soit plus cher que d'obeïr  
 à vos commandemens, & de témoigner avec combien  
 de zele ie suis, &c.

## CDLXXIX.

CHANUT A DESCARTES.

Stockholm, 11 mai 1647.

[A. BAILLET. *La Vie de Monsieur Des-Cartes*. t. II. p. 310-313.]

Réponse à la Dissertation envoyée le 1<sup>er</sup> février 1647 (lettre CDLXVIII, t. IV, p. 600). Descartes y répondra par la lettre du 6 juin ci-après.

« Elle fut achevée (cette Dissertation sur l'Amour) le 1 de Février 1647, et envoyée incontinent à M. Chanut, qui prit du tems à l'écart de ses affaires pour s'attacher sans interruption à cette lecture. [En marge : Lettr. MS. de Chanut du 11 May 1647.] Il avoit l'esprit plein des notions qu'il en avoit reçues, lorsque le Medecin de la Reine de Suède, M. du Ryer, François de nation, homme de sçavoir & de probité, vint luy rendre visite. Il ne put pas luy cacher le plaisir qu'il ressentoit de sa lecture, ny se défendre de luy faire part de sa ioye, en

a. Descartes le suivit pourtant. Voir ci-après, p. 24, lettre CDLXXXI. du 12 mai. à Servien.

luy communiquant cette lecture. M. du Ryer ne put néanmoins obtenir la copie de la Dissertation; mais il en parla à la Reine d'une manière si avantageuse, qu'elle obligea M. Chanut de la luy faire voir. Il ne fut point fâché que la Princesse eût cette curiosité, dans l'espérance que la lecture de cette seule pièce luy feroit juger que tout ce qu'il luy avoit dit de M. Descartes étoit encore au dessous de la vérité. Il ne fut pas trompé. La Reine demeura si satisfaite de la lecture qu'il luy en fit dans un très libre & desoccupé d'affaires, qu'elle ne pouvoit ensuite se laisser de donner des loüanges à l'Auteur de cet écrit, & de s'enquerir de toutes les particularitez de sa personne & de sa vie. Après que M. Chanut luy eût déclaré ce qu'il en sçavoit, & qu'elle eût pensé, pendant quelques momens, à ce qu'elle avoit à répondre, elle dit [en marge : Lettr. MS. de Chanut ut supr.] :

*Monsieur Descartes, autant que je le puis voir par cet écrit & par la peinture que vous m'en faites, est le plus heureux de tous les hommes; & sa condition me semble digne d'envie. Vous me ferez plaisir de l'assurer de la grande estime que je fais de luy.*

5

» L'attention que la Reine apporta à la lecture de cet écrit fit qu'elle arrêta souvent M. Chanut, pour confirmer par son raisonnement & ses réflexions ce qu'elle entendoit lire, et cet habile lecteur ne fut pas moins étonné de la facilité qu'elle avoit à pénétrer dans les sentimens de M. Descartes, qu'il avoit été surpris de leur profondeur à la première lecture qu'il en avoit faite en particulier. La Reine apporta une forte application à la première question, où M. Descartes expliquoit en général la nature de l'Amour. Mais elle ne voulut pas s'attacher à en examiner la doctrine,

*parce que, disoit-elle, n'ayant pas ressenti cette passion, elle ne pouvoit pas bien juger d'une peinture dont elle ne connoissoit point l'original.*

» Il se pouvoit faire qu'elle ne connût point l'Amour comme une passion; mais rien ne devoit l'empêcher d'examiner ce que M. Descartes disoit de l'Amour intellectuel, qui regarde un bien pur & séparé des choses sensibles, parce qu'elle pouvoit au moins sentir en elle l'Amour de la vertu. La Reine donna son consentement à tout, hormis à un mot, qui faisoit voir en passant que M. Descartes n'étoit



pas de l'opinion de ceux qui veulent que le Monde soit fini. Elle témoigna douter qu'on pût admettre l'hypothèse du Monde infini sans blesser la Religion chrétienne. Elle en dit succinctement ses raisons à M. Chanut, qui ne manqua point de les faire sçavoir à M. Descartes par une lettre datée du XI May 1647, ajoûtant que la Reine auroit très-agréable l'éclaircissement qu'il donneroit à sa pensée pour lever ses scrupules. Il joignit à la difficulté de la Reine une autre question qu'il proposa à M. Descartes de son propre mouvement, & dont il luy demandoit la solution en même tēms. »

*La question étoit de sçavoir clairement quelle est cette impulsïon secrète qui nous porte dans l'amitié d'une personne plutôt que d'une autre, avant même que d'en connoître le mérite ?*

« Et parce que M. Chanut étoit accoûtumé à réduire toutes ses connoissances à la conduite de sa vie pour en devenir meilleur, il demanda encore à M. Descartes, comme il auroit fait à son directeur,

5 *si un homme de bien, dans le choix de ses amitez, peut suivre les mouvemens cachez de son cœur & de son esprit, qui n'ont aucune raison apparente ; et s'il ne commet point une injustice de distribuer ses inclinations par une autre règle que celle du mérite.*

» Cette question l'avoit déjà exercé autrefois, en ce que, séparant l'amitié d'avec deux choses que l'on confond souvent avec elle, dont l'une est l'estime de la vertu, l'autre est cēt échange d'offices mutuels entre les honnêtes gens, qui n'est en effet qu'un commerce de bienfaits, cette amitié reste comme une simple liaison & un ciment qui assemble tous les hommes en un seul corps, & qui doit être d'égale force entre toutes les parties. Autrement il est impossible qu'il ne survienne de la division, contre l'équité naturelle, & que, nous attachant trop fortement à quelques personnes, nous ne soyons insensiblement séparés des autres. M. Chanut ne croyoit pas qu'on pût refuser le nom de sage à celui qui, mettant pour fondement en son cœur un amour égal pour tous les hommes, y ajoûteroit seulement la distinction des mérites différens, & cette obligation de reconnoissance dans le trafic des bons offices. Et quoy qu'alors l'estime de la vertu & la retribution des bien-faits fissent qu'en apparence ce sage paroîtroit en aimer l'un plus

que l'autre, parce que ces trois affections se mêlent très-facilement & semblent ne produire qu'un seul mouvement : il seroit vray néanmoins qu'il n'auroit pour lors qu'une amitié très-égale. » (Baillet, II, 310-312.)

« ... Il fallut pareillement expliquer le sentiment de l'Eglise que la Reine avoit allégué [en marge : Lettr. MS. de Chanut à Desc. du 11 May 1647], sçavoir, que l'homme étant la fin de la création, c'est-à-dire le plus parfait des ouvrages, & pour lequel tous les autres ont été faits, comme il paroît manifestement par l'alliance de Dieu avec l'Homme dans l'incarnation du Verbe, & par tant de miracles opérés pour marquer que la nature humaine est la maîtresse de toutes les autres qui composent ce grand corps que nous voyons, il semble que, si nous conceuons le monde dans cette vaste étendue que luy donne le terme d'indéfini, il est difficile que l'homme se conserve dans un rang si honorable, ne se considérant plus que dans un petit recoin avec toute la terre qu'il habite. » (Baillet, II, 313.)

## CDLXXX.

DESCARTES AUX CURATEURS DE L'UNIVERSITÉ DE LEYDE.

Egmond, mai 1647.

COPIE MS., Leyde, Archives de l'Université.

Cette nouvelle requête (Resolution van de HH<sup>n</sup> Curateuren en Burgermeesteren, n<sup>o</sup> 4, nov. 1646 à nov. 1653, p. xxix verso et p. xxx recto) fait suite immédiatement à la longue épître du 4 mai 1647, lettre CDLXXVII, p. 1 ci-avant ; mais elle n'est point datée. On est d'abord tenté de la prendre pour un post-scriptum de cette épître, avec laquelle elle aurait été envoyée. Mais dans la lettre du 10 mai à Elisabeth, Descartes exprime la crainte que son affaire ne soit déférée à un tribunal ecclésiastique (p. 18, l. 23 ci-avant), et on peut croire que ce fut pour prévenir ce changement de juridiction, et sachant d'ailleurs que les Curateurs ne s'étaient pas encore prononcés, qu'il leur adressa cette nouvelle requête. Elle aurait donc été écrite après le 10 mai, sans doute avant le 20, qui est le jour où les Curateurs rendirent leur arrêt, et à coup sûr avant le 27, jour où Descartes en eut connaissance, comme on le verra ci-après.

Nobilissimi & Amplissimi Domini,

Sinite, quæso. vt hic adhuc expressius vos rogem. ne causam hanc meam ad vllum vestrorum Theologorum iudicium remittatis : primo, quia ego, eâ spe hic  
 5 viuens quòd frui possim libertate religionis, illorum arbitrijs subijci non debeo ; deinde, quia nullum vel minimum verbum continetur in meis scriptis, quod ad controuersias religionum spectat ; denique. quia  
 10 ad dōctrinam pertinente quæstio est, sed an non sint atroces & plane inexcusabiles calumniæ : prima, quod vester primarius Theologiæ Professor affirmet me Deum pro impostore ac deceptore habere. cū e contra illud ipsum, nempe Deum esse deceptorem. ac  
 15 etiam fingi posse deceptorem, in omnibus meis scriptis negem magis expresse quam vllus vnquam alius scriptor negauerit ; altera, quod Regens vestri Collegij Theologici fingat in suâ Disp. 23 Th. 13 me scripsisse in Meditationum mearum paginâ ; nos liberi  
 20 nostri arbitrij ideam habere formaliter ac præcisè maiorem quàm sit imago Dei, cuius impiæ absurditatis nullum vel minimum vestigium in paginâ citatâ. nec in vllō alio meorum scriptorum loco reperitur. Hæ sunt tantum quæstiones facti. in his solis omnis causa ver-  
 25 satur. has rogo vos etiam atque etiam vt examinare dignemini. & pro tam grauibus iniurijs satisfieri curētis.

Nobilissimi & Amplissimi Domini.

Vestri obseruantissimo

DESCARTES.

## CDLXXXI.

## DESCARTES A SERVIEN.

Egmond, 12 mai 1647.

[A. BAILLET], *La Vie de Monsieur Des-Cartes*, t. II. p. 318-319.

*Baillet ne donne point la date de cette lettre : « Lettr. 10 MS. de Descartes », dit-il en marge. Mais la date se trouve dans la lettre suivante, de Brasset à Descartes, du 15 mai 1647. Le 10 mai, Descartes avait bien écrit à la princesse Elisabeth qu'on lui conseillait de s'adresser à l'ambassadeur de France (p. 19, l. 1), et il ajoutait qu'il ne pensait pas devoir suivre cet avis (l. 5). Mais, se ravissant presque aussitôt, il rédigea la présente requête.*

*La Thuillerie, ambassadeur ordinaire, était absent : revenu en Hollande au mois d'avril 1646 (il débarqua à Amsterdam le 15 avril), après une mission de deux ans dans les Etats du Nord, il avait obtenu un congé fin d'août et était retourné en France au commencement de septembre 1646. Le 29 décembre, Servien était parti de Munster avec une mission spéciale : empêcher les Provinces-Unies, alliées de la France, de faire la paix séparément avec l'Espagne. Il arriva à La Haye le 8 janvier 1647 et y demeura jusqu'en été; il revint à Munster le 7 août. La Thuillerie avait repris son poste le 11 juillet 1647. Ajoutons qu'en mai Servien était au plus fort de ses négociations avec les Etats Généraux, envoyant mémoires sur mémoires, et qu'il n'eut sans doute guère le temps de s'occuper de Descartes. Les relations diplomatiques étaient assez tendues, surtout depuis la mort du prince d'Orange, Frédéric-Henri, le 14 mars 1647.*

Deux Théologiens de Leyde<sup>a</sup> m'ayant calomnié par diuerfes théses, où ils m'accusent d'auoir mis des impiétez & des blasphèmes dans mes écrits, j'ay été

a. Reuius et Triglandius. Voir la lettre CDLXXVII, p. 1 ci-avant, et l'éclaircissement.

averty que, nonobstant la faulseté puérile de leurs ac-  
 cufations, je ne deuois pas les négliger, parce que  
 leur deffein étoit de se feruir de l'autorité de ces  
 théses, pour me mettre à l'Inquisition. & me faire con-  
 5 damner comme blasphemateur par quelqu'un de leurs  
 Synodes. Surquoy j'ay écrit à Messieurs les Curateurs,  
 pour leur demander réparation des injures que j'ay  
 reçues par ces théses. Mais je prévois que cela ne  
 suffira pas, parce qu'ils n'entreprendront pas de  
 10 condamner deux Régens Théologiens, s'ils n'y sont  
 pouffez par quelque ressort plus puissant. J'ay peur.  
 d'ailleurs, qu'ils ne renvoyent la cause à leur Faculté  
 de Théologie<sup>a</sup>, c'est à dire qu'ils n'établissent pour  
 juges les personnes même dont je me plains.

15 C'est ce qui m'oblige à vous supplier d'intercéder  
 pour moy auprès de M. le Prince d'Orange<sup>b</sup>, à ce  
 qu'il luy plaise, comme chef de l'Université de Leyde<sup>c</sup>  
 aussi-bien que des armées de ce País, d'ordonner que  
 Mess. les Curateurs me fassent avoir la satisfaction du  
 20 passé, & empêchent que leurs Théologiens n'entre-  
 prennent de se rendre mes juges à l'avenir. Car je  
 suis assuré qu'ils n'approuveront pas qu'après tant de  
 sang que les François ont répandu pour les aider à  
 chasser d'icy l'Inquisition d'Espagne, un François, qui  
 25 a aussi porté autrefois les armes pour la même cause,

a. Voir lettre CDLXXX, p. 23, l. 3, ci-avant.

b. Le prince Guillaume, successeur de son père, Frédéric-Henri, mort le 14 mars 1647.

c. Le prince d'Orange nommait le recteur de l'Université de Leyde, sur une liste de trois candidats présentés par les professeurs. Cette nomination se faisait, chaque année, dans les premiers jours de février, du 5 au 8.

foit aujourd'huy foudmis à l'Inquisition des Ministres de Hollande.

J'aurois droit de demander d'autres juges qu'eux, quand même j'aurois quelque tort d'ailleurs : mais ils pourroient aussi avoir droit de dire qu'ils ne condamnent que mes opinions : au lieu que, maintenant, je prétens qu'ils n'ont aucun droit d'examiner ce que j'ay écrit, dans leurs Assemblées Ecclésiastiques, c'est à dire, dans les Facultez de Théologie, les Consistoires, les Classes & les Synodes. Ma raison est qu'on ne peut trouver, dans tous mes écrits, aucune chose qui touche les controverses de Religion qui sont entre eux & nous. Et pour ce qui regarde la Religion Chrétienne en général, comme est l'existence de Dieu, dont j'ay traité, la liberté qu'ils nous doivent en ce país, puisque le Roy leur en donne une semblable en France, les oblige à en laisser le jugement aux Supérieurs de nôtre Eglise. Celuy de mes livres auquel ils s'attaquent <sup>a</sup>, est adressé à Mess. les Docteurs de la Faculté de Théologie de Paris, & il a été plus d'un an manuscrit entre leurs mains pour être examiné auant que je l'aye fait imprimer. De sorte qu'il ne peut être soupçonné de contenir aucune chose contre la Religion Chrétienne en général. ny contre les mœurs : & par conséquent, il ne doit pas, sous ce prétexte, être foudmis au jugement des Théologiens de ce país.

Baillet, ce texte donné, ajoute le renseignement qui suit :

« M. Descartes, embarrassé des préparatifs de son voyage de France, fit présenter cette lettre par un de ses anciens amis, qui, bien que Hollandois de nation, et de la Religion réformée, ne laissoit pas d'être se-

a. *Meditationes de prima Philosophia.*

« secrétaire de l'ambassadeur de France, et qui outre cela étoit savant  
 » homme de lettres, ayant fait présent à M. Descartes depuis deux jours  
 » d'un petit livre de sa composition intitulé *Euphrasia*. » [En marge :  
*lettre 11 MS. de Desc.*] (BAILLET, II, 319-320.)

Les indications de Baillet dans ce passage sont impossibles à concilier. Le petit livre indiqué est un poème de Constantin Huygens : *EUPHRASIA. Ooghen-troost, aen Parthenine, bejaerde maeghd : over de verduysteringh van haer een ooghe* (Tot Leyden, ter druckerije van de Elseviers. Anno 1647, in-8.); et il ne serait pas étonnant que Descartes eût fait remettre à Servien sa requête par son ami Huygens. Mais Huygens n'était pas « secrétaire de l'ambassadeur de France ». Cette désignation conviendrait à Brasset; mais Brasset n'était ni « hollandois de nation », ni « de la religion réformée », ni l'auteur de l'*Euphrasia*. Huygens, en revanche, était « secrétaire » du prince d'Orange, de Guillaume aussi bien que de Frédéric-Henri, et nous verrons, dans la lettre suivante, que Descartes lui écrivit en effet. Cette même lettre nous donnera le nom du secrétaire dont a voulu parler Baillet : *Heitersieg*.

## CDLXXXII.

BRASSET A DESCARTES.

[La Haye], 15 mai 1647.

MINUTE, Bibl. Nat., fr. 17899, p. 217.

En tête de l'autographe : « A M. Des Cartes, du 15 May 1647. »

Monsieur,

Comme j'allois ce matin informer M. Van Bergh de  
 ce qui s'est passé, pour faire iouïer ce que vous appelez le  
 grand ressort, il m'a donné celle qu'il vous a pleu m'es-  
 5 crire le 12<sup>a</sup>, & miz en mes mains ce qui estoit pour M. le  
 Comte de Seruien<sup>b</sup> & M. de Zullechem<sup>c</sup>. L'vn & l'autre

a. Lettre perdue.

b. Lettre précédente, p. 24

c. Lettre perdue.

[0]. — Sed cùm omnis error idearum proveniat ab earum relatione et applicatione ad res externas, videtur nulla esse errandi materia, si ad eas non referantur<sup>4</sup>.

R. — Est nihilominus materia errandi, etiamsi eas ad nullas res extra me referam, cùm possim errare in ipsâ earum naturâ, ut si considerem ideam coloris<sup>5</sup>, et dicam eam esse rem, qualitatem<sup>5</sup>, seu potius ipsum colorem, qui per eam ideam repræsentetur, tale quid esse; ut si dicam albedo est qualitas<sup>5</sup>, etiamsi illam ideam ad nullam rem extra me referam, ac dicam vel<sup>6</sup> supponam nullum esse album, possem tamen in abstracto, et in ipsâ albedine ejusque naturâ seu ideâ, errare.

*P. 33 : forte etiam...*

[0]. — Sed jam cognoveram me esse rem cogitantem; illas autem ideas novi non posse provenire a re cogitante.

[R]. — Sed 1<sup>o</sup> est solùm objectio et dubium quod objici possit. 2<sup>o</sup> Non ita hic animadverto ad mei naturam, quemadmodum deinceps cùm ad eam reflecto, sicut etiam non feci in I<sup>a</sup> MEDIT. aut etiam in II<sup>a</sup> ubique; deinceps verò in hac MEDIT. paulo post, cùm ad me paulo accuratius reflecto, ea solvo.

*P. 37 : nullum plane habebo...*

[0]. — Sed annon postea MEDIT. V<sup>a</sup> habuit aliud argumentum?

1. MS. : et sic. *Mais et parait de trop.* — 2. MS. : *qs* (?) — 3. MS. : *feret. Faut-il lire sciat?* — 4. MS. : *referamus. Puis mus barré, et ntur récrit au-dessus.* — 5. *après co-*

*loris, ...qualitatem, ...qualitas, signe abrégatif, dans le MS., qu'on ne sait comment interpréter. Peut-être : et similia?* — 6. MS. : *signe abrégatif. Sans doute vel?*

R. — Hic loquitur de argumento quod peti potest ex aliquo effectu Dei, ex quo deinceps summam causam scilicet Deum concludat; nullum autem invenit, quia omnia effecta diligentissime circumspexit et nullum reperit quod Deum inferat præter ejus ideam. Aliud autem illud argumentum MEDIT. V<sup>a</sup> procedit a priori et non ab effectu. Illud autem in MEDITATIONIBUS sequitur hoc argumentum, quia auctor illa duo ita invenit ut hoc præcedat, quod in hac Meditatione deducit, aliud autem sequatur. In PRINCIPIIS autem illud præmisit, quia alia est via et ordo inveniendi, alia docendi; in PRINCIPIIS autem docet et synthetice agit.

*P. 39 : et quia nullæ ideæ nisi tantum rei<sup>1</sup> esse possunt...*

[O]. — Sed datur etiam idea nihili, quæ non est idea rei.

R. — Illa idea est solum negativa, et vix vocari potest idea; auctor autem hinc sumit ideam proprie et stricte. Aliæ etiam dantur ideæ notionum communium, quæ non sunt ideæ rerum proprie; sed tum idea latius sumitur.

*P. 41 : qua enim ratione intelligerem me dubitare...*

[O]. — Sed METH. 31<sup>2</sup>, dicit se evidentissime intellexisse dubitationem non esse argumentum tantæ perfectionis quàm cognitionem. Ergo id cognovit sine relatione ad ens perfectum, et non cognovit prius Deum quàm se.

R. — Ibi in METHODO continetur epitome harum MEDITATIONUM, quæ per eas exponi debet; ibi ergo cognovit suam imperfectionem per Dei perfectionem. Et quamvis hoc non fecerit explicite, fecit tamen implicite. Nam explicite possumus prius cognoscere nostram imperfectionem, quàm Dei perfectionem, quia possumus prius ad nos attendere quàm ad Deum, et prius concludere nostram finitatem, quàm illius infinitatem; sed tamen implicite semper præcedere debet cognitio Dei et ejus perfectionum, quàm nostri et nostrarum imperfectionum. Nam in re ipsâ prior est Dei infinita perfectio, quàm nostra imperfectio, quoniam nostra imperfectio est defectus et negatio perfectionis Dei; omnis autem defectus et negatio præsupponit eam rem a quâ deficit, et quam negat.

[O]. — Sed sic nihil deberet præsupponere ens?

[R]. — V. in Metaph. nihil intelligitur per ens<sup>3</sup>.

1. tantum rei] tanquam rerum édition. — 3. MS. : ligne écrite, (vrai texte). — 2. P. 31, traduction puis barrée.  
latine, de 1644. — P. 33 de notre

*P. 42 : non possim ejus ope...*

[0]. — Sed quid potest conferre cognitio ad acquirendas reliquas Dei perfectiones ?

R. — Omnino multum ; nam per eam evadimus sapientiores, prudentiores, cognoscimus clarius illas perfectiones et sic illas clare cognititas facilius conquiremus, cum sapientia prudentiaque media ad eas conquirendas suppeditatura sit.

*P. 44 : nulla difficiliora factu mihi videntur...*

Nam hic accurate distinguere debet inter intellectionem, conceptionem et imaginationem, quæ distinctio est magni usûs. E. g., Dei perfectiones non imaginamur, nec concipimus, sed intelligimus : quo modo Deus unico actu omnia intelligat<sup>1</sup>, quo modo ejus decreta sint idem cum ipso, non concipimus, sed intelligimus, quoniam hoc nobis, ut ita loquar, repræsentare non possumus. Sic enim Dei perfectiones et attributa non concipimus, sed intelligimus : ut autem concipiamus, concipimus illa tanquam indefinita. Jam autem si ego mihi ipsi dedissem meam naturam et id quod sum, dedissem etiam mihi omnes Dei perfectiones : puto dedissem mihi perfectiones Dei, cum eas ut indefinitas concipio, ut, e. g., dedissem mihi cognitionem majorem quam jam habeo, eaque adhuc majorem et sic porro ; cum autem indefinita ita multiplicantur, fiunt infinita, seu potius infinitum, nam tale indefinitum et infinitum idem sunt. Ut autem ita magis et magis auxissem meam cognitionem, sic etiam auxissem reliqua mea attributa, quæ mihi difficiliora non videntur cognitione, cum<sup>2</sup> ita sint<sup>2</sup> attingenda, et sic Deus evasissem : jam autem experior me illud facere non posse, et non posse ita cognitionem meam augere, ut quidem vellem. Ergo a me non sum, etc.

*P. 186 : majus est creare vel conservare subjectum quam attributa...*

Scilicet ejusdem substantiæ. Nam non debet hîc institui comparatio unius substantiæ cum attributis alterius.

[0]. — Sed attributa sunt idem cum substantiâ. Ergo non majus est...

1. après intelligat, abréviation douteux, et sint n'est qu'une conjecture.  
pour et similia. — 2. Cum est

R. — Omnia attributa, collective sumta, sunt quidem idem cum substantiâ, sed non singula et distributive sumta, et sic majus est producere substantiam quàm attributa, scilicet<sup>1</sup> singula ex attributis, vel nunc unum, nunc aliud, et sic omnia<sup>2</sup>.

*P. 45 : tanquam si inde sequeretur...*

[0]. — Sed annon sequitur<sup>3</sup> ex eorum mente qui dicunt et inde probant nullam creationem esse posse ab æterno, quia tum foret independens, ut ipse Deus?

R. — Hoc ipsi viderint; me quod attinet, non video cur creatura non potuerit a Deo ab æterno creari; cùm enim Deus habuerit ab æterno potentiam suam, nihil videtur obstare cur eam ab æterno non potuerit exserere.

[0]. — Sed causa libera prius concipitur esse, quàm ejus effectus et consilia.

R. — Sic et Dei decreta deberent non esse ab æterno, præcipue cùm potentia et creatio non majorem in Deo dicant actionem quàm decreta; imo decreta sunt actus voluntatis, sic et creatio, cùm sit solùm voluntas Dei; si enim aliud esset, novi quid Deo accideret in creatione.

[0]. — Sed sic daretur numerus infinitus?

R. — Quid absurdi? annon datur ille in quantitatis divisione, etc.? Distinguunt quidem, sed frustra; et < si > dari potest numerus infinitus in æternitate *a parte post*, quam fide credimus, cur etiam non in æternitate *a parte ante*?

[0]. — Sed in æternitate *a parte ante* partes sunt simul et actu<sup>4</sup>, in æternitate autem *a parte post* solùm potentiâ et nunquam simul actu.

R. — Non sunt in æternitate *a parte ante* simul actu, cùm solùm unica pars simul sit, scilicet præsens, reliquæ vero eodem modo se habent, ut in æternitate *a parte post*; si ergo hæc dari potest, potest etiam dari illa. Ita igitur si ab æterno essem, tamen partes mei temporis esseit sejunctæ, et nihilominus a Deo dependerent, et sic argumento manet sua efficacia. Auctor autem, tantum quan-

1. scilicet, *signe abrèviatif*(MS.).  
— 2. singula... omnia] ulla ex attributis, vel nunc unum, nunc aliud, et sic omnia et singula (MS.).  
— 3. Sequitur *a pour sujet la pro-*

*position infinitive du texte des Méditations* : nullum existentiae meae auctorem esse quærendum... — 4; MS. : *après actu*] æternæ, *peut-être ajouté par le copiste.*

tum ipsi possibile fuit, præcavere studuit, ut hujusmodi quæstiones ex ipsius Meditationibus arcerentur, ne ita ullo modo pædagogos læderet, etc.

*P. 48 : valde credibile est... Ut < et > P. 436 : propius tamen est...*

[0]. — Sed cur illud? annon potuit te Deus creare, et tamen non creare ad sui imaginem?

R. — Non. Nam axioma est commune et verum : *effectus similis est causæ*. Jam autem Deus mei causa est, ego ejus effectus, ergo ei similis.

[0]. — Sed artifex est causa domûs, nec tamen ideo ei est similis.

R. — Non est causa, ut hîc eam sumimus; applicat solùm activa passivis, ideoque non opus est ut opus ipsi sit simile. Sed hîc loquimur de causâ totali et < causâ > ipsius esse; illa autem non potest aliquid producere, quin sibi sit simile: nam cùm ipsa sit ens et substantia, producatque aliquid secundum esse, id est ex nihilo (qui producendi modus soli Deo convenit), oportet ad minimum illud esse ens et substantiam, et sic saltem Deo simile esse et ejus imaginem referre.

[0]. — Sed sic et lapis etc. habebunt imaginem Dei.

R. — Habent etiam illa imaginem Dei et similitudinem, sed valde remotam et exiguam et confusam; ego autem, qui ex creatione Dei plura habeo, magis ejus imaginem habeo. Non sumo autem hîc imaginem ut vulgo sumitur, pro eo scilicet quod ad aliud effigiatum est et depictum, sed latius pro eo quod similitudinem cum alio<sup>1</sup> habet, et ideo eas voces adhibui in Meditationibus, quia passim in Scripturâ ad imaginem Dei conditi dicimur.

*P. 179 : omnis res cui inest...*

Præter attributum quod substantiam specificat, debet adhuc concipi ipsa substantia, quæ illi attributo substernitur : ut, cùm mens sit res cogitans, est præter cogitationem adhuc substantia quæ cogitat, etc.

*P. 153 : aliquod idolum...*

Quod illis æquivalet ac idea nobis. Sed quâ realem<sup>2</sup> formant ideam dum idolum formant, formant ideam materialiter falsam.

1. Après alio] etc. *ajouté*. — 2. quâ realem, *leçon douteuse*.



[P. 153] : *sed me istam vim...*

Hoc non posset valere apud Atheum, qui eo argumento se convinci non pateretur, cùm ad id efficiendum idoneum etiam non sit, nec auctor hoc ita intellectum vult; sed debet conjungi cum aliis argumentis de Deo, et præsупponit illa, et ex illis probatum Deum, ut auctor etiam in hac responsione probaverat esse Deum ex ejus ideâ, etc.; adeo ut sensus hic sit: cùm jam sciam et probaverim esse Deum, et simul animadvertam<sup>1</sup> inter numerandum me non posse pervenire ad numerum maximum, sed semper esse cogitabilem majorem numerum quàm a me cogitari possit, sequitur illam vim me non habere a memet ipso, sed eam me accepisse ab aliquo ente me perfectiore, scilicet a Deo, quem argumentis jam allatis esse probavi.

P. 153 : *de idea angeli...*

[0]. — Ideam angeli quod attinet, certum est nos illam formare ex ideâ mentis nostræ, et nullam ejus cognitionem nisi ex ideâ mentis nostræ habere; adeo ut nihil in angelo quoad rem ipsam possimus considerare, quod etiam non in nobis esse animadvertere possimus. Sed sic angelus et mens nostra erunt idem, cùm utraque sit res solum cogitans?

R. — Ambo quidem sunt res cogitantes; sed hoc tamen non impedit quo minus angelus multo plures habeat perfectiones quàm mens nostra, vel in majori gradu, etc.; adeo ut etiam quodam modo<sup>2</sup> specie differre possint, ut D. Thomas volebat omnes angelos a se invicem specie differre, et singulos ita descripsit quasi in illorum medio fuisset, unde etiam Doctoris Angelici nomen et gloriam acquisivit; sed ut nullibi fere magis occupatus, ita et nullibi ineptior est. Angelorum enim cognitio nos fere latet, cùm, ut dixi, eam ex mente non hauriamus; et sic etiam ignoramus ea omnia quæ de iis quæri solent, an scilicet uniri possint cum corpore, qualia illa fuerint corpora quæ in Vetere Testamento sibi sæpe adaptabant et similia. Præstat nos ea credere, prout in Scripturâ habentur, scilicet eos juvenes fuisse, ut tales apparuisse *et similia*.

1. MS. : animadverto. — 2. quodam modo] quidem (MS.).

*P. 53 : atque ob hanc unicam rationem...  
 Ut et p. 438 : nec fingi potest...*

Bene hoc est observandum nos nunquam debere argumentari a fine. Nam 1° cognitio finis non inducit nos in cognitionem ipsius rei, sed ejus natura nihilominus latet. Et hoc Aristotelis maximum est vitium, quod semper a fine argumentatur. 2° Omnes Dei fines nos latent, et temerarium est in eos involare velle. Non loquor autem hîc de revelatis, sed quâ philosophus eos solùm considero. Sed nos hîc maxime erramus. Concipimus Deum tanquam magnum aliquem hominem, qui hoc et hoc sibi proponit, et eo his et his mediis tendit, quod certe Deo maxime indignum.

*P. 55 : ex hoc ipso quod ejus ideam formare possim...*

Nam cùm ex Dei ideâ sciam, Deum esse ens perfectissimum, et cui omnes absolutæ perfectiones conveniunt, non debeo ipsi tribuere quicquam, nisi quod absolute perfectum esse novi; et quicquid ut tale formare possum et ut absolute perfectam perfectionem concipere, illud novi, eo ipso quia id formare possum, ad Dei naturam pertinere.

*[P. 55] : non tamen in se formaliter...*

[0]. — Sed et sic intelligere est intelligere, et sic nec differet noster intellectus ab intellectu Dei, etiamsi illius ad plura se extendat.

R. — Sed r(espōndet) intelligere non est intelligere, cùm hoc dependeat ab objecto et ab eo separari non possit; nostrum autem intelligere non solùm se non extendit ad tam multa quàm intelligere Dei, sed et in se maxime imperfectum est; est enim obscurum et cùm ignoratione conjunctum, etc.

[0]. — Sed et sic nostrum velle est imperfectum : nam modo volumus, modo non, modo habemus volitionem, modo velleitatem, cùm perfecte non volumus.

R. — Verùm hoc non arguit imperfectionem in nostro velle, sed tantùm inconstantiam volitionis; interim velle est semper æque perfectum, et illa fluctuatio oritur a judicio, quia non bene judicamus.

[0]. — Sed ipsum judicium est opus voluntatis.

R. — Est quidem opus voluntatis, et quâ tale est perfectum : omnis autem imperfectio quâ laborat redundat ex ignoratione intellectûs, quæ si esset sublata, etiam auferretur fluctuatio, et iudicium esset constans et perfectum. Sed male de hisce ita disputatur ; descendat modo unusquisque in semetipsum et experiatur annon perfectam et absolutam habeat voluntatem, et an possit quicquam concipere quod <sup>1</sup> voluntatis libertate se antecellat. Nemo sane aliter experturus est. In eo igitur major est voluntas intellectu et Deo similior.

*P. 61 : possum tamen illo altero...*

[0]. — Sed cur etiam non possem idem in prosecutione boni et mali ? Cur non in rebus supernaturalibus, cum etiam <sup>2</sup> pendeant <sup>3</sup> a voluntate, quæ sui juris semper est et indifferens ?

R. — Hoc Theologis explicandum relinquendum ; sufficit modo Philosophus hominem consideret, prout in naturalibus sui juris <sup>4</sup> est ; et ego ita scripsi meam philosophiam, ut ubique recipi possit, vel etiam apud Turcas, ne ulli offendiculo sim. Jam autem nos intime consciî sumus nostræ libertatis, et nos ita posse cohibere assensum, cum volumus. In bono autem et malo, cum voluntas ad utrumque est indifferens, jam est in vitio, cum solum bonum sine indifferentiâ ullâ appetere debeat, secus quam in theoreticis. Quantum ad supernaturalia, in iis nos corruptos esse docent Theologi per peccatum originale, et ut apti <sup>5</sup> simus opus est gratiâ, quâ bonum illud cognoscamus, et sic appetamus. Peccata enim fluunt fere ex ignorantia, quia nemo malum quâ malum appetere potest. Sic <sup>6</sup> Deus nobis gratiam fecit, cum bonis nostris operibus, quæ alias nihilominus præstare tenemur, pollicitus sit vitam æternam, de quâ nemo cogitasset aut ad eam unquam aspirasset. Corrupta autem dici potest voluntas per affectus.

*P. 479 : cujus idea in intellectu divino prius fuerit...*

[0]. — Sed unde igitur illæ ideæ rerum possibilium, quæ voluntatem antecedunt ?

1. *Après quod] in ajouté (MS.). etiam]. — 2. MS. : signe abrégatif. Peut-être non ? — 3. MS. : pendent. — 4. sui juris est une conjec-*

*ture. MS. : suis jam. — 5. MS. : apti. Conjecture : salvi ? — 6. Peut-être Sed ?*

R. — Et illa et omnia alia pendent a Deo; illius enim voluntas non solum est causa rerum actualium et futurarum, sed etiam possibilium et naturarum simplicium, nec quicquam fingi potest aut debet quod non a Deo pendere dicamus.

[0]. — Sed an ergo potuisset Deus imperare creaturæ ut se odisset, et hoc bonum ita instituisse?

R. — Jam non potest; sed quid potuerit, nescimus; et quidni creaturæ hoc imperare potuisset?

*P. 64 : ut patet ex eo...*

[0]. — Sed sic nec chimæra erit ens fictum, cum etiam de eâ varias proprietates demonstrare queam.

R. — Quicquid distincte et clare in chimæra concipi potest, illud est ens verum; nec est fictum, quia habet veram et intellectualem<sup>1</sup> essentiam; et illa essentia tam a Deo est, quam actualis aliarum rerum. Dicitur autem tum ens fictum, cum nos illud existere supponimus. Sic etiam omnes demonstrationes Mathematicorum versantur circa vera entia et objecta, et sic totum et universum Matheos objectum, et quicquid illa in eo considerat, est verum et reale ens, et habet veram ac realem naturam, non minus quam objectum ipsius Physices. Sed differentia in eo solum est, quod Physica considerat objectum suum < non solum tanquam ><sup>2</sup> verum et reale ens sed tanquam actu et quâ tale existens, Mathesis autem solum quâ possibile, et quod in spatio actu quidem non existit, at existere tamen potest. Notandum autem hîc est nos loqui de clarâ perceptione, non imaginatione; quamvis enim quàm clarissime imaginemur caput leonis adjunctum corpori capræ et similia<sup>3</sup>, non tamen inde sequitur ea existere, quoniam non clare percipimus velut<sup>4</sup> nexum illum qui inter illa est; ut clare video<sup>5</sup> Petrum stantem, sed non video clare stare contineri et connexum esse cum Petro. Claris autem perceptionibus si adsueti simus, nihil falsi concipiemus; an autem illæ claræ sint necne, ex propriâ conscientiâ optime sciemus, et huc conferunt illæ omnes rerum < dilucidationes ><sup>6</sup> quas auctor PRINCIP. I recensuit, quas novisse plurimum juvat.

1. intellectualem] immutabilem? — 4. velut, id. — 5. video] ideo.  
 — 2. Manque dans le MS. — 3 et — 6. Manque dans le MS.  
 similia, signe abrèviatif (MS.).

*P. 68-[69] : non possum duos aut plures ejusmodi Deos intelligere...*

[0]. — Sed cur non, cùm tamen Dii erunt ?

R. — Imo Dii non erunt<sup>1</sup>, cùm Deus tale quid dicat quod omnes omnino perfectiones in se comprehendit.

[0]. — Sed hoc verum est de Deo specificative, ut ita dicam, sumto, non verò individualiter, cùm unus non excluderet ita alium; ut una mens habet omnes perfectiones mentis, et tamen non excludit aliam mentem.

[R]. — Sed alia ratio est; mens enim non dicit omnes omnino perfectiones, ut Deus; et ideo illæ solùm in uno esse possunt. Si enim essent plures, non esset Deus, quia non essent summi, estque contradictio. Non repugnat autem tres esse personas, quia eadem est essentia, suntque unus Deus.

*P. 169 : nec in ullâ re...*

[0]. — Sed ideæ nostræ pendent a rebus; si ergo in iis sit contradictio, etiam in rebus erit.

R. — Ideæ pendent quidem a rebus, quatenus eas representant; sed interim non est in rebus contradictio, sed in solis ideis nostris, quia ideas solas ita conjungimus ut sibi repugnent. Non autem repugnant sibi invicem res, quia omnes existere possunt, et sic una non repugnat alii; in ideis autem contra fit, quia in iis res diversas, et quæ sibi non repugnant seorsim, conjungimus, et ex iis unam efficimus, et sic contradictio oritur.

*P. 169 : nec ulla unquam in claris et distinctis esse potest...*

[0]. — Sed cur non in claris quæ sibimet invicem repugnant, ut, exempli gratiâ, idea entis finiti et infiniti, cùm simul combinantur ?

R. — Imo etiam si illæ ideæ seorsim claræ sint, non tamen conjunctæ sunt claræ; et sic obscurissimam habes ideam, quia illam conjunctionem et unitatem, non clare, sed obscurissime concipis.

*P. 445 : ac proinde...*

[0]. — Sed ex imperfecto illo triangulo effingis perfectum.

1. erunt ou essent ? (MS.)

[R]. — Verùm cur illud imperfectum mihi potius exhibet ideam perfecti trianguli, quàm suū ipsius?

[O]. — Exhibet utrumque, sed prius seipsum, et tum ex se perfectum, quia illud inde deducis.

[R]. — Sed hoc esse non potest; non possem enim concipere imperfectum triangulum, nisi in me esset idea perfecti, quia illud est hujus negatio; et ideo, viso triangulo, concipio perfectum, ex cujus comparatione deinceps illud quod video imperfectum esse animadverto.

MEDIT. VI.

*P. 73 : illas existere...*

Scilicet corpus meum, quo in imaginando utor.

*P. 74 : quamvis illa < a me > abesset...*

Tunc essem sicut angeli, qui non imaginantur.

[*P. 74*] : *ad illud velut inspiciendum...*

[O]. — Quid *illud inspiciere* est? an intelligere? si ita, cur ergo ab eo distinctum ponitur? si non, ergo mens plus est quàm res intelligens seu cogitans, et sic ante corpus habet potentiam inspiciendi corpus; vel an resultat in mente ex unione ejus cum corpore?

R. — *P. 81* : est specialis quidam modus cogitandi, qui ita fit. Quando objecta externa agunt in sensus meos, et in iis pingunt suū ideam seu potius figuram, tum mens, quando ad eas imagines quæ in glandulâ inde pinguntur advertit, *sentire* dicitur; cùm verò illæ imagines in glandulâ non pinguntur ab ipsis rebus externis, sed ab ipsâ mente, quæ, rebus externis absentibus, eas in cerebro effingit et format, tum *imaginatio* est; adeo ut differentia imaginationis et sensûs consistat in eo tantùm, quod in hoc imagines pingantur ab objectis externis, iisque præsentibus, in illâ autem a mente sine objectis externis et tanquam clausis fenestris. Hinc jam clare patet, cur possim imaginari triangulum, pentangulum et similia<sup>1</sup>, non autem ita chiliogonum, etc. Cùm enim mens facile possit tres lineas formare in cerebro et eas depingere, potest facile illas tum inspiciere, et sic imaginari triangulum, pentangulum et similia<sup>1</sup>. Cùm autem non ita possit mille lineolas ducere et formare in cerebro, sed con-

1. et similia, *interprétation d'un signe abrégatif du MS.*

fuse solùm, hinc etiam non imaginatur distincte chiliogonum, sed solùm confuse; et hoc ita procedit, ut difficillime possimus vel septangulum aut octogonum imaginari. Auctor qui satis imaginativus est, et ingenium suum diu in eo exercuit, potest satis distincte ea imaginari; alii verò non ita possunt. Et hinc jam etiam patet quomodo illas lineoleas tanquam præsentes intueamur, quomodo singulari animi contentione opus sit ad imaginandum, et corpus ita inspiciendum. Hæc enim ex dictis manifesta sunt.

*P. 80 : Et primo quoniam...*

Non potest quæri an mens sit substantia, an verò modus, aut dici illam utrumque esse posse, quia hæc est contradictio; et si unum sit, non est aliud. Sed quæri posset, cum sit attributum cogitare et cogitatio, cui substantiæ illud conveniat? an corporeæ? an verò incorporeæ et spirituali? Tum autem responsio clara est: cum enim concipias clare substantiam corpoream et clare etiam concipias substantiam cogitantem distinctam a substantiâ corporeâ, quæque illam negat, ut illa negat substantiam cogitantem, ageres certe contra tuam intellectionem et perquam absurde, si illa duo diceres esse eandem substantiam, quæ tanquam duas substantias, quarum una non solùm non involvit alteram, sed etiam negat, clare concipis.

*P. 84 : arctissime esse conjunctum et quasi permixtum...*

[0]. — Sed quomodo hoc fieri potest, et quomodo anima affici potest a corpore et vicissim, cum sint diversæ plane naturæ?

R. — Hoc explicatu difficillimum; sed sufficit hîc experientia, quæ hîc adeo clara est, ut negari nullo modo possit, ut illud in passionibus etc. apparet.

*P. 94 : longe melius est...*

[0]. — Sed si ea sit naturalis constitutio sensuum nostrorum, cur Deus hunc defectum non supplevit in animâ, dando illi cognitionem illorum errorum, ut eos caveret?

R. — Deus corpus nostrum fabricavit ut machinam, et voluit illud agere ut instrumentum universale, quod semper operaretur eodem modo juxta leges suas. Et hinc cum bene est dispositum, dat animæ cognitionem rectam; cum male, nihilominus tamen juxta leges suas ita afficit animam, ut inde resultare debeat talis cognitio

a quâ illa decipiatur; quam si non suppeditaret corpus, non ageret æqualiter et juxta leges suas universales, essetque in Deo defectus constantiæ, quod<sup>1</sup> illud non permetteret æqualiter agere, cùm æquales agendi modi et leges adsint<sup>2</sup>.

*P. 480 : Nullâ cum profunditate spectatur...*

Ut Mathematici superficiem concipiunt, quæ constat ex multis lineis sine profunditate : sic vocamus, exempli gratiâ, hos asseres planos, cùm nullam in iis profunditatem spectamus.

*P. 481 : quorum extremitates sunt simul...<sup>3</sup>*

[0]. — Hæc non dicuntur secundùm rei veritatem, nam sic una solùm est extremitas, quæ utriusque est communis, sed secundùm vulgarem dicendi modum, quo in Scholis ea dicuntur contigua, quorum extremitates sunt simul. Si igitur extremitates sint simul, seu, ut nos dicimus, si sit una extremitas utriusque, an tum sunt contigua aut continua? Videntur continua, cùm nihil amplius ad continuum requiri posse videatur, quàm ut duo corpora eadem extremitatem habeant. Si autem sint continua, quomodo erunt contigua? an ea quibus interjacet aliud corpus? At ea ne talia quidem sunt.

R. — Quomodo alii ea définiant, mihi perinde est; egò voco ea continua, cùm superficies duorum corporum sibi immediate ita junctæ sunt, ut ambo uno et eodem motu moveantur aut ambo simul quiescant; quæ autem aliter se habent contigua sunt.

*Ad Medit. V, p. 125 : quia sumus assueti...*

[0]. — Sed an recte? an ergo essentia est ante existentiam, et Deus producendo res nihil produxit nisi existentiam?

R. — Recte nos illa duo cogitatione nostrâ separamus, quia concipere possumus < essentiam ><sup>4</sup> sine actuali existentia, ut rosam in hieme; sed tamen reipsâ separari non possunt, ut solent distinguui, quia essentia ante existentiam non fuit, cùm existentia nihil sit aliud quàm essentia existens, ut proinde unum altero non prius, nec ab eo diversum aut distinctum.

1. quod] quo (MS.). — 2. adsint] adsunt (Ib.). — 3. Cf. ARISTOTE, *Phys.*, l. VI : Συνεχῆ μὲν, ὡν τὰ

ἔσχατα ἐν, ἀπτόμενα δὲ, ὧν ἅμα, ἑφεξῆς δὲ, ὧν μηδὲν μεταξύ συγγενές. — 4. < essentiam > manque (MS.).



Observandum, non adeo incumbendum esse meditationibus, nec rebus metaphysicis, nec eas commentariis et similibus<sup>1</sup> elaborandas; multo minus altius repetendas quàm author fecit, ut quidam id tentant, nam ipse satis alte eas exorsus est. Sed sufficere semel in genere hæc novisse, et tum<sup>2</sup> recordari conclusionem; aliàs nimis abstrahunt mentem a rebus physicis et sensibilibus, et faciunt eam ineptam ad illas considerandas, quod tamen maxime optandum ut homines facerent, quia inde utilitas ad vitam redundaret. Ipse autem satis est persecutus res metaphysicas in MEDITATIONIBUS contra Scepticos etc., et adstruxit earum certitudinem, sic ut id omnes tentare et aggredi non debeant, aut meditando diu se vexare in eis rebus opus habent<sup>3</sup>; sed sufficit nosse primum PRINCIPIORUM librum, in quo continentur ea quæ ex Metaphysicis ad Physica etc. scitu sunt necessaria.

[0]. — In Resp. ad Rog. p. 42, dicit author a sensis nullas rerum ideas prout eas cogitatione formamus exhiberi, sed omnes innatas esse. Sed an ergo mysterium Trinitatis etc. sunt innata?

R. — Non dicit sibi omnes ideas esse innatas, sed quasdam etiam esse adventitias, ut quid sit urbs Lugdunensis, Alcmaria, etc. 2º Etiam si illa idea tam expresse, ut nobis Trinitatem repræsentet, innata non sit, ejus tamen elementa et rudimenta nobis innata sunt, ut habemus ideam Dei, numeri ternarii, *et similibus*, innatam, ex quibus facile, accedente ex Scripturâ revelatione, plenam mysterii Trinitatis ideam formamus, et illud sic formatum concipimus.

## PRINCIPIA PHILOSOPHIÆ.

Art. 23 : *ita ut per unicam...*

LIB. I.

Quomodo id fiat, concipere non possumus; sed id solùm intelligimus. Quod autem aliter concipiamus, inde oritur, quia Deum tanquam hominem consideramus, qui per multas et diversas actiones, ut nos, omnia efficit. Sed si bene advertamus ad naturam Dei, videbimus nos eum aliter intelligere non posse, quàm ut per unicam actionem omnia efficiat.

[0]. — Videtur autem id esse non posse, cùm aliqua Dei decreta

1. et similibus. *Abréviation (MS.)*.      *jecture* : habeant, ou même non  
— 2. *Peut-être* tantùm? — 3. *Con-*      habeant, *comme* non debeant?

possimus concipere tanquam non facta et mutabilia, quæ ergo unicâ Dei actione < non fiant et ><sup>1</sup> ipse Deus non sint, cum ab eo separari possint<sup>2</sup> aut saltem potuerint, ut, exempli gratiâ, decretum de creando mundo *et similia*, ad quod plane indifferens fuit.

R. — Quicquid in Deo est, non est realiter diversum a Deo ipso, imo est ipse Deus. Quantum autem ad ipsa Dei decreta quæ jam facta sunt attinet, in iis Deus est plane immutabilis, nec metaphysice id aliter concipi potest. Quantum autem ad ethicam et religionem attinet, in eâ invaluit illa opinio Deum esse mutabilem, propter preces hominum; nemo enim Deum precatus esset, si sciret aut sibi persuaderet eum esse immutabilem. Ut autem illa difficultas tollatur, et Dei immutabilitas cum hominum precibus reconcilietur, dicendum est Deum esse quidem plane immutabilem, et ab æterno decrevisse hoc quod peto se mihi daturum aut non daturum, sed tamen ita decrevisse, ut simul decreverit hoc mihi dare per meas preces, et me simul precante et bene vivente, adeo ut mihi precandum et bene vivendum sit, si quid a Deo obtinere velim. Et ita quidem id ethice se habet, in quo author examinans rei veritatem vidit se convenire cum Gomaristis, et non cum Arminianis, nec etiam cum Jesuitis inter suos. Metaphysice autem id aliter intelligi non potest, quàm Deum esse plane immutabilem. Nec refert illa decreta a Deo separari potuisse; hoc enim vix dici debet: quamvis enim Deus ad omnia indifferens sit, necessario tamen ita decrevit, quia necessario optimum voluit, quamvis suâ voluntate id optimum fecerit; non deberet hic sejungi necessitas et indifferentia in Dei decretis, et quamvis maxime indifferenter egerit, simul tamen maxime necessario egit. Tum etiamsi concipiamus illa decreta a Deo separari potuisse, hoc<sup>3</sup> tamen tantùm concipimus in signo et momento rationis; quod mentalem quidem distinctionem decretorum Dei ab ipso Deo infert, sed non realem, adeo ut reipsâ illa decreta a Deo separari non potuerint, nec eo posteriora aut ab eo distincta sint, nec Deus sine illis esse potuerit: adeo ut satis tamen pateat, quomodo Deus unicâ actione omnia efficiat. Sed hæc nostris ratiociniis noscenda non sunt, et nunquam tantùm nobis indulgere aut permittere debemus, ut Dei naturam et operationem nostræ rationi subjiciamus.

1. *Manque dans le MS.* — 2. non *ajouté (à tort) avant possint (MS.)*  
3. hoc *conjecture] non (MS.)*.

Art. 26 : *indefinitum...*

[0]. — Distinctio illa ab auctore primùm est inventa. Sed dicet aliquis : quomodo se habet mundus? annon habet certos limites? an potest quicquam existere actu et singulariter, quod non habeat determinatam naturam et limites? et sic etiam de numero, quanto, etc.

R. — Quod ad nos attinet, nos non possumus unquam in illis terminum aliquem invenire, et sic nostrî respectu sunt indefinita, quin etiam forsitan infinita, nam indefinitum semper et semper multiplicatum, ut hîc fit, est ipsum infinitum. Et sic forsitan dicere possumus mundum esse infinitum; sic etiam de numero, etc. Sed quantum ad Deum attinet, forsitan ille concipit et intelligit certos limites in mundo, numero, quanto, et intelligit majus quid quàm mundus, numerus, etc.; et sic hæc illi erunt finita. Ibi<sup>1</sup> quod attinet, videmus earum rerum naturam nostras vires superare, et nos qua<sup>2</sup> finiti sumus, illa comprehendere non posse, et sic nostrî respectu indefinita aut infinita sunt.

Art. 48 : *tanquam etiam<sup>a</sup> æternas veritates...*

[0]. — Sed ubi manent contingentes, ut canis currit, etc.?

R. — Per æternas veritates hîc intelligit auctor eas, quæ communes notiones vocantur, ut *impossibile*<sup>b</sup> et similia. Quantum ad veritates contingentes, eæ pertinent ad res existentes quas involvunt, ut ab illis etiam involvuntur.

Art. 1 : *clare videre nobis videmur...*

LIB.

[0]. — Sed cur « videmur », dubitationis signum?

R. — Hoc ideo positum, quia quisquam forsitan negare posset nos illud videre. Sed tamen hoc ipsum videri sufficit ad demonstrationem hanc; cum enim sit opus mentis et conscientiæ, illud videre ultimo debet resolvi in nostrum videri, et illud videri reipsâ res materiales a quibus ideæ illæ proveniant exigit.

1. Ibi *leçon douteuse. Il faudrait, ce semble, Nos ou Ad nos.* — 2. qua] *peut-être* quia ou qui?

a. Ce mot *etiam* manque dans le texte des *Principia*.

b. C'est le premier mot de l'axiome *impossibile est idem esse et non esse*.

Art. 26 : *aquæ ab eo sublevatæ gravitas et ejusdem lentor...*

Hoc semper videmus, cùm navis aliqua navigat, ab ejus lateribus aquam sublevari et altius quàm reliqua supra sese congregari ; quæ ita congregata, quia gravis est, manet, et ita posset navem sistere, nisi pellatur. Quid lentor sit, satis notum est.

Art. 32 : *sæpe sit valde contorta...*

Est scilicet valde contorta, quia continuo movetur per multos circulos, cùm rota movetur circa axem, eosque non simplices et perfectos, sed progredientes continuo et sic compositos et contortos : et hinc jam intelligi possunt reliqua illa sub finem.

Art. 46 : *Prima.*

Illas leges, quia de earum obscuritate multi querebantur, dilucidavit et explicavit auctor paululùm in Principiis Gallicis.

LIB. III.

Art. 2 : *propter nos solos...*

Et nihilominus hæc est usitata consuetudo hominum, qui ipsi putant se Deo carissimos esse, et ideo propter se omnia facta esse : suam habitationem, terram, omnia antecedere, omnia in illâ esse et propter illam facta esse. Sed quid nos scimus, quod Deus extra hanc terram in stellis, etc., non produxerit ? Quid scimus annon alias creaturas specificè distinctas, alias vitas, et, ut ita dicam, homines, aut saltem homini analogos in iis posuerit ? Forsan in illis possunt vivere animæ separatæ aut aliæ creaturæ, quarum natura nos fugit. Et quid scimus annon Deus infinitas creaturarum species produxerit, et ita potentiam suam quasi effuderit in rerum creatione ? Nos certe hæc omnia plane latent, quia nos Dei fines latent, ideoque non debemus de nobis tam magnifice sentire, quasi omnia apud nos et propter nos essent, cùm forsân infinitæ aliæ creaturæ nobis longe meliores alibi existant.

Art. 45 : *creatus cum omni sua perfectione...*

Mundi creationem satis ex suâ philosophiâ, prout illa in Genesi

(quem librum, ut et Canticum et Apocalypsin, si quis auctori explicet, magnus ipsi erit Apollo) describitur, auctor explicare posset; et jam olim aliquando id facere aggressus fuit<sup>1</sup>, sed studia reliquit et destitit, quia id Theologis relinquere volebat, ideoque ipse explicare nolebat. Quantum autem ad Genesin attinet, forsân illa creationis narratio, quæ ibi habetur, est metaphorica, ideoque Theologis relinquenda; nec tum sumi debet creatio tanquam sex diebus distincta, sed tantum hoc ob nostrum concipiendi modum ita distingui dici<sup>1</sup> debet, quemadmodum Augustinus per cogitationes Angelicas illa distinxit. Cur enim dicitur tenebras præcessisse lucem? Quod autem ad aquas diluvii attinet, eæ supernaturales et miraculosæ procul dubio fuere. Quod etiam de cataractis abyssi dicitur, metaphoricum est; quæ metaphora nos latet. Quidam eas ex cælo deducunt, in quo aquas locatas fuisse ex creatione probant, quia Deus dicitur aquas supra הַשָּׁמַיִם locasse<sup>b</sup>. Sed הַשָּׁמַיִם apud Hebræos usitatissime etiam aerem denotat, idque (ni fallor) ex nostris præjudiciis, quibus illum pro cælo habemus. Igitur aquæ supra aerem collocatæ sunt nubes. Habent et aliam vocem, quâ aerem denotant, scilicet הָאֵרֶץ<sup>c</sup>.

1. dici *conjecture pour dies, leçon douteuse.*

a. Cf. ci-avant t. IV, p. 700-701, *éclaircissement*. Il ne reste rien que ces deux textes de la tentative de Descartes pour montrer l'accord de sa philosophie avec le premier chapitre de la Genèse. Plus tard elle fut reprise dans les deux ouvrages suivants :

1° « *Copie d'une Lettre écrite à un sçavant Religieux de la Compagnie de Jesus*, pour montrer : I Que le Systeme de Monsieur Descartes et son opinion touchant les bestes, n'ont rien de dangereux. II Et que tout ce qu'il en a écrit semble estre tiré du premier Chapitre de la Genese », pet. in-12 de 67 pages, publié en 1668, sans lieu ni nom d'imprimeur; la lettre est signée à la fin : « A. P. D. L. F. De Paris, le 5 Novembre 1667. » L'auteur serait Cordemoy, et le destinataire, le P. Cossart.

2° « *Cartesius Mosaiçans, seu Evidens et facilis conciliatio Philosophiæ Cartesii cum historiâ Creationis primo capite Geneseos per Mosem traditâ. Authore JOHANNE AMERPOEL Groningâ-Frisio.* (Leovardiæ, Pro Hæredibus Thomæ Luytsma, 1669.) » Petit in-12, pp. 277.

b. Ce mot hébreu (*haschâmaïm* = הַשָּׁמַיִם) signifie seulement *le ciel* et non point *l'air*, sinon, tout au plus, lorsqu'on dit : les oiseaux volent au ciel, ou en l'air. L'explication qui suit, pour les passages de la Genèse en question (I, 6-8, et VII, 11), repose donc sur une assertion qui n'est pas conforme au véritable usage de la langue hébraïque.

c. Ce second mot hébreu, *hâ âretz*, n'a jamais signifié que « la Terre »,

Art. 46 : *motusque habent aliquo modo circulares...*

[0]. — Sed ubi hoc suppositum aut probatum ?

R. — Lib. 2, ubi author docuit omnem motum esse quodammodo circularem.

[Art. 46] : *magnitudine mediocres...*

Vocat mediocres in ordine ad primum elementum, quamvis sint adeo exiles, ut sensus nostros ex centesimâ parte aut ulterius effugiant ; et vocat medias, quia inter primum et tertium elementum mediæ sunt.

[Art. 46] : *circa alia quædam puncta...*

[0]. — Sed hæc hypothesis composita paulo videtur satis simplex<sup>1</sup>, REGIUS que illam videtur ex motu deducere.

R. — Est certe satis simplex, quin et simplicissima, si attendamus ad infinita illa, quæ ex illâ deducuntur : quid enim simplicius fingi potest quàm corpus fluidum, qualis est omnis materia hæc, moveri diversis vorticibus, cum ea sit corporis fluidi natura, ut per < vortices > et in vorticibus moveatur ? REGIUM autem quod attinet, ejusdem demonstratio nulla est ; et quod mirum, in physicis ille semper auctoris opiniones, etiam ubi eas nesciebat, sequi et conjicere studuit, in metaphysicis autem auctori, quantum potuit et ejus opiniones novit, contradixit. Auctoris autem hypothesis hæc valde est simplex, si ad ea quæ inde deduxit attendamus, quæ certe infinita fere sunt, et illam satis illa connexio et deductio probat. Nam ex eâ author postea se vel omnia deducere posse animadvertit, et coram Deo jurare vult, cum has hypotheses poneret, se de reliquis, ut igne, magnete, etc., non cogitasse ; quæ tamen postea ex iis pulcherrime explicari posse vidit. Quin etiam in ipso ANIMALIS TRACTATU<sup>2</sup>, in quo hoc hieme laboravit, id animadvertit : cum enim

1. *Conjecture* : < quæ > paulo composita videtur, < est > satis simplex.

et son introduction en cet endroit ne peut résulter que d'une erreur assez peu explicable. En fait, il n'y a, dans l'ancienne langue hébraïque, aucun mot qui corresponde à celui d'*air*, et pour désigner cet élément, les Rabbin ont dû emprunter le terme grec sous la forme אַוֵּיר (aver) ou, avec l'article, הַאֵוֵיר. Est-ce ce mot qu'il faudrait restituer ici ?

a. Voir ci-avant, p. 112, l. 14-25.

solùm animalis functiones explicare vellet, vidit se id facere vix posse sine eo quod animalis conformationem ab ovo explicare necesse haberet, quam ex suis principiis ita sequi advertit, ut rationem cur oculus, nasus, cerebrum, etc., essent, dare posset; et plane perspexit naturam rerum ex suis principiis ita constitutam esse, ut aliter non posset. Quæ omnia quia persequi tam fuse nolebat, ideo illum tractatum scribere supersedit. Fatetur autem se illas cogitationes paucas quas de mundo habuit summâ cum voluptate reminisci, maximique æstimare, nec cum ullis aliis alterius materiæ commutare velle.

Art. 50 : *quia quo minima ...*

Hoc mathematicum est. Debet autem intelligi de corporibus eandem figuram habentibus, ut si ambo sint spherica, *et similia*; alias enim comparatio non valet. Vid. p. 160<sup>b</sup>.

[Art. 50] : *dividuntur vero secundum molem...*

Non debet excludi superficies, cum moles absque eâ non sit, ut nec illa absque mole; sed hîc solùm ratio formalis uniuscujusque assignatur.

Art. 53 : *pro tertio...*

Tertium hoc auctor pro cœlo empyreo habet, statuitque respectu secundi, multo magis nostri, esse immensum. Quod autem nos nostrum cœlum et nostram terram tam magna concipiamus et omnia continentem<sup>c</sup>, ortum est ex præjudiciis : spectamus enim eam ut omnium finem, et non cogitamus æque illum<sup>d</sup> esse planetam, quique similiter moveatur ac Mars, Saturnus, etc., quæ corpora tanti non facimus. Ante autem mundi hujus et spatii creationem nihil erat, nec spatium erat, nec quicquam, et tamen Deus immensus et omnipræsens, æque ac jam est, erat; erat enim in sese; postquam autem creaturam creavit, non potuit non ei præsens esse.

a. Lire *minora*, comme dans le texte des *Principia*.

b. Voir fin de l'art. 122 et commencement de l'art. 123, III<sup>e</sup> partie des *Principes*.

c. Le texte paraît corrompu.

d. Lire *illam*.

Art. 63 : *sed tantummodo in pressione...*

Ea potest fieri absque motu : ut si nos instrumentum aliquod ferreum, aut ferrum lignumve, ita ab utrâque parte premamus nostris manibus, ut nullus tamen producat motus, quia scilicet ab utrâque parte æqualiter premitur, et æqualis est resistentia ; sic et hic contingit. Materia secundi elementi premitur ad oculum nostrum ; quia autem in illo est resistentia, premit ille vicissim materiam illam ; et sic utrinque premitur, sine tamen motu ullo. Quamvis homines jam naturam luminis ita explicatam acceptare nolint, videbunt tamen satis post 150 annos eam bonam et veram esse.

## Art. 66.

Figura hæc intelligi vix potest sine ope 8 aut circiter globulorum, quibus motus ille demonstratur, et quamvis auctor ingenium suum imaginationi adeo adsuefecisset, vix tamen ea sine globulis concipere poterat. Multo igitur difficilius alii, quia hæc a mathesi et mechanicâ pendent, et melius oculari demonstratione quàm verbali explicatione demonstrari queunt.

Art. 68 : *non esse inter se æquales...*

[N]. — Sed forsân sunt æquales ; videntur autem inæquales, quia inæqualiter a se invicem distant.

R. — Imo eo ipso sunt inæquales magnitudine ; inæqualis enim distantia stellarum pendet ab inæqualitate vorticum ipsas ambientium, quæ ideo magnitudine inæquales sunt.

Art. 83 : *angustius e regione centri...*

Ut in figura p. 78 patet materiam, inter S et F centrum vicini vorticis contentam, arctari angustiori spatio, quàm illam quæ continetur inter S et E et F, quia scilicet ab S et F arctatur et compingitur, quæ sibi muruo adjacent, ab S et E et F autem non ita compingitur, quia spatium ibi est liberum, et nihil est quod eam constringat aut compingat.



Art. 144 : *ut enim videmus turbinem...*

Comparatio hæc satis clara est. Ut enim turbo ille semper perseveraret in suo motu nisi ab aere ambiente impediretur, et quia parvus est, ideo etiam solùm per exiguum tempus, scilicet aliquot minuta, resistit : sic illæ stellæ semper perseverarent in suo motu, nisi a corporibus vicinis impedirentur. Quia autem sunt corpora valde magna, ideo facilius aeri ambienti aut aliis corporibus resistunt, idque per aliquot annorum millia. Quo enim corpus est majus, eo facilius motum continuat, et aliis corporibus resistit : ut testatur auctor se vidisse turbinem pueri cujusdam majorem, qui per horæ quadrantem fere movebatur, idque ideo quia magnus erat. Sic etiam stellæ. Turbinem autem aeri resistere patet inde, quod si propius te ei admoveas, animadvertes ventum, qui ab illâ turbinis resistantiâ et motu aeris quem ei imprimit, producitur.

Art. 150 : *ipsamque impellit...*

Interne scilicet quatenus eam per partes movet, eodem modo ut videmus ventum vesicam impellere et movere ejus partes, cùm semel illi immittitur.

Art. 50 : *plus habent superficiei...*

Hoc patet in divisione cubi. Si enim, exempli gratiâ, sumamus cubum, qui constat superficibus sex, et dividamus illum in 4 partes, habebimus superficies multo plures : sc. longe plus multiplicatur ab omni parte<sup>1</sup>.

Art. 23 : *talis propensio non sit tanta...*

LIB. IV.

[0]. — Sed quo solidius, eo majori vi recedit a centro, ut in lapide constat etiam fundæ, qui celerius movetur quàm lignum : sed corpora terrestria sunt<sup>2</sup> solidiora ; ergo...

R. — Retorqueo. [1<sup>o</sup>] Corpora enim terrestria non sunt solidiora globulis cœlestibus, cùm hi sint solidiores corporibus terrestribus,

1. MS. (*sans ponctuation*) : ... superficies multo plures multo plures sc. longe plus multiplicatur ab omni

parte. — 2. sunt *conjecture pour* simul (MS.).

aut ad minimum æque solidi, et sic celerius illis moventur. 2° Hi globuli moventur longe celerius quàm ipsa corpora terrestria; sunt enim minora, et ipsa terra est magnum corpus multis cavitatibus porisque constans, quod ideo facile motum perdit aliique corpori communicat, sic ut tam celeriter moveri non possit quàm hi globuli; et sic hi globuli terrestribus corporibus celerius moti ea detrudunt et gravia faciunt.

Art. 27 : *in æquipondio consistere...*

Ita consistit universum totum in æquipondio. Sed hoc difficilimum conceptu est, quia mathematicum et mechanicum est; nos autem machinas non satis assueti sumus considerare, et hinc omnis fere error in philosophiâ exorsus est. Licet tamen illam conspirationem videre in vento vel aere vesicæ immisso, qui similiter conspirat ad vesicam inflandam motusque in eâ producendos, et tanquam in æquipondio consistit, etiamsi diversis motibus ejus partes agitentur.

Art. 33 : *in tria præcipua genera.*

[0]. — Sed unde constant hæc tria genera nobis?

R. — Per ratiocinationem et deinceps etiam per experientiam, quæ rationem confirmat; videmus enim omnia terrestria corpora ex illis figuris constare: aqua enim constat oblongis, oleum ramosis, etc.

Art. 125 : *supra aliud oblique ducitur...*

[0]. — Sed et tum secundum lineam rectam sibi invicem occurrunt, quamvis solum quoad aliam partem; et quæ est ratio, quomodo duo corpora juxta se quiescentia tam firmiter sibi adhæreant, cum utrumque facile moveri et sic separari possit?

R. — Cum ducuntur et moventur secundum lineas rectas, non impelluntur globuli secundi elementi inter illa intercepti; cum ergo oblique moventur et hinc inde (scilicet  $\xi$ , sic enim primo movetur vitrum celerrime hinc inde, cum calet, deinde remissius cum frigere incipit, et denique quiescit cum friget), possunt expellere illos globulos et sic sibi invicem jungi, et ita unum corpus continuum efficere; quid autem corpus continuum et immobile efficiat præter quietem, concipi non potest.

[0]. — Sed possem facile meâ manu tam parvas partes movere, quas jam video <sup>1</sup> immobiles esse.

R. — Si hoc posses, motusque tuæ manûs earum quietem superaret, non essent immobiles. Sed quomodo hoc fieri non possit, quomodoque pars tuæ manûs eas corporis duri partes contingens eis mollior sit, et proinde eas movere non possit, satis in secundo libro < Art. 63 > <sup>2</sup> ostensum est. Ex hisce autem principiis natura vitri, quæ alias tam difficilis est, facillima fit.

### EX DISSERTATIONE DE METHODO.

P. 1 : *abundare se putat...*<sup>a</sup>

[0]. — Sed multi homines obtusi ingenium exoptant sæpe melius et præstantius.

R. — Fateor; multi sunt, qui agnoscunt se deficere ab aliis ingenio, memoriâ, etc. Sed tamen unusquisque putat ita se excellere judicio, sententiam ferendi aptitudine, ut omnibus aliis in eâ re æqualis sit. Nam omnibus arrident suæ sententiæ, et quot capita tot sensus. Et hoc per bonam mentem hic intelligit auctor.

P. 15 : *ad logicam...*<sup>b</sup>

Ea potius est Dialectica, cùm doceat nos de omnibus rebus disserere, quàm Logica, quæ de omnibus rebus demonstrationes dat. Et sic bonam mentem magis evertit quàm adstruit; nam dum nos divertit et digredi facit in hos locos communes et capita, quæ rei externa sũnt, divertit nos ab ipsâ rei naturâ. In eâ autem valde exercitatus est Dn. Voetius, qui < nihil > <sup>3</sup> in libris suis habet, nisi quod ferat sententias, seu constituat decreta, asserendo « hoc ita et ita est », et quod multa testimonia conglomeret.

1. après video] adeo (MS.), ad-tive). — 2. Manque dans le MS. —  
dition inutile (ou répétition fau- 3. < nihil > manque dans le MS.

a. *Discours de la Méthode*, p. 1, l. 18, de la présente édition.

b. *Ib.*, p. 17, l. 16.

P. 17 : *eodem pacto se mutuo sequi...*<sup>a</sup>

[0]. — Sed annon<sup>1</sup> etiam in Theologiâ omnia ita se sequuntur et connexa sunt?

 » dami, ex Officina Elzeviriana, CIO IOC LVIII.)

Baillet continue : « M. de Raey faisoit dès lors beaucoup d'honneur au  
 » Cartésianisme. Il passoit déjà pour un homme de grand esprit, de beau-  
 » coup d'érudition, et d'une facilité merveilleuse à s'expliquer noblement  
 » dans les langues des Sçavans. Il étoit particulièrement attaché à M. de  
 » Hooghelande, qui ne contribuoit pas peu à le fortifier contre Revius et



» les autres ennemis de M. Descartes. [*En marge* : Sorbière, lettr. et rélat. in-VIII<sup>o</sup>, p. 135-136, et Disc. in-4<sup>o</sup>, p. 688.] M. Clauberg s'unit avec luy d'une amitié fort étroite, et ils s'encouragèrent réciproquement dans la résolution de bien expliquer et de défendre les sentimens de leur maître commun. Les beaux écrits que M. Clauberg a laissez depuis à la postérité, font foy du zèle et de la suffisance avec laquelle il s'en est acquité. » (BAILLET, II, 349-350.)

Rappelons que Clauberg se trouva, cette même année 1648, le 20 avril, à Amsterdam, où Burman lui fit part de l'entretien qu'il avoit eu le 16 avec Descartes, à Egmond, p. 144 ci-avant. Remarquons aussi que Clauberg se fit inscrire comme étudiant à l'Université de Leyde, le 13 nov. 1648.

Enfin, sans la journée des barricades, qui fit partir précipitamment Descartes de Paris, le lendemain 27 août, peut-être eût-il fait encore un voyage en Bretagne et en Poitou. Auzout écrivait à Mersenne, d'Azay-le-Rideau, non loin de Blois : « A Azé, le vendredy, 21 Aoust 1648. On m'a parlé que M<sup>r</sup> des Cartes songe a faire un voiage en ce pais. Je serois rai qu'il ne changeast pas cette resolution la. Je l'y verrois autant que ie pourrois ; il ne seroit qu'à six ou sept lieues... » (*Bibl. Nat., fr. n. a. 6204, p. 354.*)

## DXXVIII.

## DESCARTES A L'ABBÉ PICOT.

Amsterdam, 6 septembre 1648.

A. [A. BAILLET], *Vie de Monsieur Des-Cartes*, t. II, p. 351.

B. *Exemplaire de l'Institut*, t. I, p. 80.

« M. Descartes passa de Leyde à Amsterdam le VI de septembre, d'où A  
 » l'inquiétude du fâcheux état où il avoit laissé la Ville de Paris et le  
 » P. Mersenne, le fit écrire à M. Picot [*en marge* : Lettr. MS. à Picot du  
 » 6 Septemb. 1648], pour luy demander des nouvelles de l'un et de l'autre,  
 » et pour luy recommander particulièrement ce Père dont la santé luy  
 » tenoit fort au cœur, quoiqu'il ne jugeât point, en partant, sa maladie  
 » absolument mortelle. Trois jours après, il alla se renfermer dans son  
 » Egmond en Nord-Hollande, comme dans un port assuré contre les  
 » tempêtes, dont il avoit déjà vû les préludes dans son voyage. » (BAILLET,  
 II, 351.)

D'autre part, une note MS. de l'exemplaire de l'Institut, I, 80, à propos B  
 de la lettre 26 (notre lettre DXXIX ci-apres), dit ceci :

« ... Dans la 27<sup>e</sup> lettre à Picot, datée du 6<sup>e</sup> sept., M. D. dit à cet amy

» qu'il a appris de M. d'Hogheland qu'il luy avoit envoyé à Paris des  
 » lettres de Berlin, qui sont celles auxquelles il répond dans cette lettre,  
 » et qu'il le prie de les luy renvoyer incessamment. »

Ces lettres de Berlin sont, sans doute, les lettres DXIX et DXXII, p. 194 et 209 ci-avant, ou peut-être seulement la première; car, dans la lettre DXXIX ci-après, Descartes ne parle que de celle du 30 juin comme portée à Paris, et d'autre part il emploie assez souvent le pluriel pour désigner une seule missive.

Le F. Hilarion de Coste (F. H. D. C.) raconte ainsi la fin de Mersenne dans sa *Vie du R. P. Marin Mersenne, theologien, philosophe et mathematicien, de l'Ordre des Peres Minimes*, (Paris, Sébastien et Gabriel Cramoisy, 1649) :

« ... Il tomba malade le 27 de juillet de l'an mil six cens quarante-  
 » huict, d'un abscez que l'on croyoit au commencement une fausse  
 » pleuresie. »

« Peu de jours après, voyant que son mal de costé ne diminueoit point,  
 » mais qu'il augmentoit de jour en jour, il se disposa à passer de cette vie  
 » terrestre à l'éternelle et bien-heureuse : car la mort, qui paroist épou-  
 » ventable à la plupart des hommes, se presenta à ses yeux avec des  
 » beautez et des charmes. Il embrassa genereusement cette fin de sa vie  
 » avec toutes les tendresses de son cœur, l'ayant purifié par une exacte  
 » Confession Generale de toute sa vie, qu'il me fit le 5 d'Aoust, feste de  
 » Notre-Dame des Neiges : ainsi il se fortifia par plusieurs Communions,  
 » par le saint Viatique, et par l'Extreme-Onction, qu'il demanda avec  
 » instance, et qu'il receut avec un zele et une ferveur incroyable. Si bien  
 » que, s'estant armé de ces armes divines pour le combat d'entre la chair  
 » et l'esprit, et s'estant dépouillé de toutes les affections humaines pour se  
 » revestir du seul Jesus-Christ crucifié, il se resolut à cet effroyable mo-  
 » ment en parfait Chrestien et en vray Religieux. Le Venerable Pere Jean  
 » Auvry Correcteur, et tous les Religieux de ce Convent de Saint-François-  
 » de-Paule prez de la Place Royale, qui l'ont assisté les XXXVII jours  
 » qu'il a esté malade, et qui luy ont veu finir sa vie, sont encore dans  
 » l'admiration de la force extraordinaire de son cœur. Après avoir dit son  
 » intention dans les derniers jours de sa maladie touchant les Livres qu'il  
 » avoit sous la Presse, et prié le Superieur de serrer les Livres defendus  
 » qui estoient dans sa chambre, son esprit libre ne pensa plus qu'à s'ouvrir  
 » le chemin du Ciel. »

« Ainsi a vécu, ainsi est mort le R.-P. Marin Mersenne, Religieux de  
 » l'Ordre des Minimes de Saint-François-de-Paule, le premier jour du  
 » mois de septembre, à trois heures après midy, de l'an mil six cens qua-  
 » rante-huit, ayant vécu soixante ans moins huit jours... » (p. p. Tamizey  
 de Larroque, p. 29-30 des *Correspondants de Peiresc*, fasc. XIX, Paris,  
 Picard, 1894.)

Outre ce récit d'un religieux, voici celui d'un savant et d'un philosophe, Gassend, daté du 4 septembre 1648 :

« Ludovico Valesio, Principi optimo. Erit haud dubiè, Optime Prin-  
 » cept, quod condoleas creptum nobis nuperis Kalendis optimum Mer-  
 » sennum, qui et te, donec vixit, tantoperè coluit, et per morbi etiam  
 » extrema, cum inuiseretur abs me, commemorat tuî. Duodequadraginta  
 » dies pleuritide notha ad dextrum latus laboravit, continenter dolens,  
 » perpetuò insomnis, difficilè anhelans, et nisi in partem affectam iacere  
 » non valens. Crebrò illi sanguis, ac potissimùm per morbi initia, sed nec-  
 » quicquam, missus. Cauterium etiam adhibitum, sed parca nimis exsu-  
 » datio. Denique et latus apertum, verùm successu non fœlici ; nam pau-  
 » cis post horis animam efflavit. Vir corde simplex, innocens, mundus,  
 » in quo dolus non fuit. Vir, quo nullus vnquam curiosior, scrutantior,  
 » experientior. Vir, quem omnes Artes et Scientiæ, quibus semper, quâ  
 » explorando, quâ consultando, quâ alios instigando, promouendis sese  
 » præstitit indefessum, meritò luceant. Et vis singulare illius, quâ fuit  
 » erga humanum genus, beneficentiæ argumentum? Ecce iam penè mo-  
 » riens Medicis mandavit, suum vt cadauer dissecarent, quousque morbi  
 » causam, quam ignorassent, eo fine addiscerent, vt iis, qui deinceps  
 » morbo simili tenerentur, succurrere possent. Viuat ô ille, vt animo in  
 » Cœlis, sic famâ in Terris inter homines, cui, si quâ illis, etiam mor-  
 » tuus, prodesse posset, curæ fuit. Quantum mihi sit Viri desiderium,  
 » ipse, qui nos nôras, coniecere potes. Vix certè sustineo tibi quicquam  
 » aliud, hac quidem vice, perscribere ; adè mihi vnica penè capitis tam  
 » cari effigies animo obuersatur. . . Vale. Parisiis, prid. Non. Septembr.  
 » MDCXLVIII. » (*Gassendi Opera*, 1658, t. VI, p. 291.)

## DXXIX.

## DESCARTES A ÉLISABETH.

[Egmond, octobre 1648.]

Texte de Clerselier, tome I, lettre 26, p. 80-82.

« A Madame Elizabeth, Princesse Palatine, etc. », sans date. Mais Descartes répond à trois lettres d'Elizabeth (lettres DXIX, DXXII et DXXVI ci-avant, du 30 juin, de juillet, et du 23 août 1648). La première ayant été envoyée à Paris, ne lui fut renvoyée en Hollande, que lorsque lui-même eût averti qu'il était de retour en ce pays. La présente lettre serait donc de la fin de septembre ou du commencement d'octobre.

Madame,

J'ay eu enfin le bonheur de recevoir les trois lettres  
 que vostre Alteſſe m'a fait l'honneur de m'écrire, &  
 elles n'ont point paſſé en de mauuaiſes mains. Mais la  
 premiere, du 30 Juin<sup>a</sup>, ayant eſté portée à Paris, pen- 5  
 dant que j'eſtois deſia en chemin pour reuenir en ce  
 païs, ceux qui l'ont receuë pour moy ont attendu des  
 nouvelles de mon arriuée auant que de me l'enuoyer,  
 & ainſi ie ne l'ay pû auoir qu'aujourd'huy, que j'ay  
 auſſi receu la derniere du 23<sup>b</sup> Aouſt, par laquelle j'a- 10  
 prens vn procedé iniurieux que j'admire; & ie veux  
 croire, avec vostre Alteſſe, qu'il ne vient pas de la per-  
 ſonne à qui on l'attribuë. Quoy qu'il en ſoit, ie n'eſ-  
 time pas qu'on doiuë eſtre faſché de ne point faire vn  
 voyage, où, comme vostre Alteſſe remarque fort bien, 15  
 les incommoditez eſtoient infaillibles & les auantages  
 fort incertains. Pour moy, graces à Dieu, j'ay acheué  
 celui qu'on m'auoit obligé de faire en France, & ie ne  
 ſuis pas marry d'y eſtre allé, mais ie ſuis encore plus 20  
 aiſé d'en eſtre reuenu. Je n'y ay veu perſonne dont il  
 m'ait ſemblé que la condition fuſt digne d'enuie, &  
 ceux qui y paroiffent avec le plus d'éclat m'ont ſemblé  
 eſtre les plus dignes de pitié. Je n'y pouuois aller en  
 vn tems plus auantageux pour me faire bien recon-  
 noiſtre la felicité de la vie tranquille & retirée, & la 25  
 richeſſe des plus mediocres fortunes. Si vostre Alteſſe  
 compare ſa condition avec celle des Reines & des  
 autres Princeſſes de l'Europe, elle y trouuera meſme

a. Lettre DXIX, p. 194 ci-avant.

b. *Clers.* : du 25. — Lettre DXXVI, p. 224 ci-avant.

différence qu'entre ceux qui sont dans le port, où ils se reposent, & ceux qui sont en pleine mer, agitez par les vents d'une tempeste. Et bien qu'on ait esté ietté dans le port par vn naufrage, pourueu qu'on n'y manque  
 5 pas des choses necessaires à la vie, on ne doit pas y estre moins content, que si on y estoit arriué d'autre façon. Les fascheuses rencontres qui arriuent aux personnes qui sont dans l'action, & dont la felicité depend toute d'autruy, penetrent iusqu'au fond de leur cœur,  
 10 au lieu que cette vapeur venimeuse, qui est descenduë des arbres sous lesquels se promenoit paisiblement vostre Alteffe, n'aura touché, comme i'espere, que l'exterieur de la peau, laquelle si on eust lauée sur l'heure avec vn peu d'eau de vie, ie croy qu'on en auroit osté  
 15 tout le mal<sup>a</sup>.

Je n'ay receu aucunes lettres, depuis cinq mois, de l'amy dont i'auois écrit cy-deuant à vostre Alteffe<sup>b</sup>. Et pour ce qu'en sa derniere il me mandoit fort ponctuellement les raisons qui auoient empesché la per-  
 20 sonne<sup>c</sup> à laquelle il auoit donné mes lettres, de me faire réponse, ie iuge que son silence ne vient que de ce qu'il attend encore cette réponse, ou bien peut-estre qu'il a quelque honte de n'en auoir point à m'enuoyer, ainsi qu'il s'estoit imaginé. Je me retiens aussi de luy  
 25 écrire le premier, afin de ne luy sembler point reprocher cela par mes lettres, & ie ne laissois pas de scauoir souuent de ses nouvelles, lors que i'estois à Paris,

a. Voir ci-avant, p. 226, l. 27.

b. La dernière lettre de Chanut à Descartes étoit du 4 avril ; elle lui fut remise le 7 ou le 8 mai, lors de son passage à La Haye. Voir ci-avant, p. 182, l. 6, et l'*éclaircissement*.

c. La reine de Suède, Christine.

par le moyen de ses proches<sup>a</sup>, qui en receuoient tous les huit iours. Mais lors qu'ils luy auront mandé que ie suis icy, ie ne doute point qu'il ne m'y écriue<sup>b</sup>, & qu'il ne me fasse entendre ce qu'il sçaura du procedé qui touche vostre | Alteffe, pour ce qu'il sçait que i'y  
 5  
 prens beaucoup d'intereft. Mais ceux qui n'ont point eu l'honneur de vous voir, & qui n'ont point vne con-  
 noissance tres-particuliere de vos vertus, ne sçauroient pas conceuoir qu'on puisse estre si parfaitement que ie  
 10  
 suis, &c.

## DXXX.

## DESCARTES A L'ABBÉ PICOT.

[Egmond], 7 décembre 1648.

[A. BAILLET], *La Vie de Monsieur Des-Cartes*, t. II, p. 349.

Descartes avait choisi l'Abbé Picot comme mandataire pour la succession de M. des Fontaines (voir p. 227 ci-avant). « M. du Crevis son beau-  
 » frère et M. le Comte de la Villeneuve son neveu n'y trouvèrent rien à  
 » redire ; mais il parut, quelques mois après, que M. de la Brétaillière son  
 » aîné n'en fut pas si content, et qu'il auroit souhaité y avoir plus de part  
 » que M. Descartes n'avoit jugé à propos de luy en donner. Il se plaignit  
 » même que nôtre Philosophe eût fait sçavoir dans ces provinces qu'il  
 » l'avoit dispensé de toute commission dans le soin de ses affaires. C'est ce  
 » qui porta M. Descartes d'écrire depuis à l'Abbé Picot en ces termes  
 » [*en marge* : le 7 de Décembre 1648] » :

Pour la plainte de mon frère, elle me paroît très-injuste. Je n'ay fait autre chose que mander en Poitou

a. Clerselier, dont Chanut avait épousé la sœur.

b. Chanut, fort ennuyé sans doute de n'avoir rien à mander au philosophe de sa lettre du 20 nov. 1647 et des écrits qui l'accompagnaient (voir p. 81 et p. 86, note a), ne lui écrivit point du 4 avril au 12 décembre 1648, lettre DXXXIII ci-après.

que je ne luy ay donné aucune charge d'agir pour moy dans mes affaires, & que, s'il s'ingère de faire quelque chose en mon nom, ou comme se faisant fort de moy, il en fera desavoué. Lorsqu'il se plaint que cela se fait  
 5 à son préjudice, il témoigne avoir encore envie de se faire mon procureur malgré moy, comme il a fait aux partages de la succession de mon père, pour me ravir mon bien sous ce prétexte, & sur l'assurance qu'il a que j'aime mieux perdre que de plaider. Ainsi sa plainte  
 10 est semblable à celle d'un loup qui se plaindroit que la brébis luy fait tort de s'enfuir, lors qu'elle a peur qu'il ne la mange. Mais la chose ne mérite pas que vous en parliez à M. l'Abbé Ferrand<sup>a</sup>, à moins qu'il ne vous aille voir exprés pour vous en demander des nouvelles.

15

(BAILLET, II, 349.)

Baillet fait encore une citation de la même lettre du 7 déc. 1648. en la mêlant à une autre lettre à Picot, du 21 (ou 26) février 1649, I. II, p. 368. Voir lettre DXXXVIII ci-après.

## DXXXI.

MORUS A DESCARTES.

Cambridge, 11 décembre 1648.

Texte de Clerselier, tome 1, lettre 66, p. 258-266.

*Il y eut quatre lettres de Henry More à Descartes : 11 décembre 1648, et 5 mars, 23 juillet, 21 octobre 1649. Clerselier, ne trouvant pas toutes les réponses dans les papiers du philosophe, les redemanda au correspondant anglais, le 12 décembre 1654, avec la*

a. *En marge* : « Leur cousin du côté de leur ayeule. »

*permission de publier aussi ses lettres. Celui-ci voulut bien l'accorder, et renvoya en même temps ses propres lettres, non pas telles cependant qu'il les avait écrites d'abord, mais avec des retouches et parfois même des suppressions. Dans sa réponse à Clerselier, le 14 mai 1655, il dit, en effet : « Si tibi visum fuerit meas ad Cartesium litteras publicare, vehementer hoc abs te efflagito, vt ne fiat iuxta illa exemplaria quæ iam habes, quia multò correctiora tibi paro. Deprehendi enim, postquam attentius legeram, non pauca corrigenda, quæ imprudenti mihi exciderunt præ nimio animi feruore ac festinatione, cum ad Cartesium scriberem. Expunxi etiam quædam ex Quæsitis, in tertijs quartisque meis litteris, sed primæ secundæque integræ sunt. » (Clers., I, 256-257.) Et ce travail de transcription et de correction dut être assez considérable ; car il occupa More pendant un mois : « Totum id temporis... partim meis ad Cartesium litteris castigandis transcribendisque... impensum est. » (Ib., I, 257.) — On trouvera d'ailleurs, à la suite de la présente lettre, comme éclaircissement, le texte complet des deux lettres échangées entre More et Clerselier.*

CLARISSIMO VIRO  
RENATO DESCARTES  
HENRICVS MORVS ANGLVS.

*Quanta voluptate perfusus est animus meus, v'r Clarissime, in scriptis tuis legendis, nemo quisquam præter te vnum potest coniectare.* 5

*Equidem ausim asseuerare me haud minùs exultâsse in recognoscendis intelligendisque præclaris tuis Theorematis, quàm ipse in inueniendis, æqueque charos habere atque deamare pulcherrimos illos ingenij tui fœtus, ac si proprius eos enixus esset animus. Quod & certè fecisse aliquo modo mihi videtur, exercendo<sup>a</sup> sese atque expediendo in eosdem sensus, ac cogitationes, quos generosa tua mens præconcepit, & præmonstrauit. Qui sanè istiusmodi sunt,* 10

a. Clers. : exerendo.



vt, cùm intellectu iudicioque meo adeò sint congeneres, vt non sperem fore vt incidam in quicquam coniunctum magis ac consanguineum, ita sanè à nullius ingenio alieni esse possint, cuius itidem ingenium non sit à rectâ ratione  
5 alienum.

Liberè dicam quod sentio : omnes quotquot exstiterunt, aut etiamnum existunt, Arcanorum Naturæ Antistites, si ad magnificam tuam indolem comparentur, Pumilos planè videri ac Pygmeos ; meque, cùm vel vnicâ vice euoluisssem  
10 lucubrationes tuas Philosophicas, suspicatum esse, illustrissimam tuam discipulam, Serenissimam Principem Elizabetham, vniuersis Europæis non fœminis solùm, sed viris etiam Philosophis longè euasisse sapientiozem. Quod mox euidentiùs deprehendi, cùm inceperim scripta tua paulò  
15 penitiùs rimari & intelligere.

| Tandem enim clarè mihi affulsit Cartesiana Lux, id est, libera, distincta, sibi que constans ratio, quæ naturam pariter ac paginas tuas mirificè collustrauit ; ita vt aut nullæ aut paucissimæ supersint latebræ & loci, quos non  
20 patefecit nobilis illa fax, aut saltem vel leuissimo negotio, mihi cùm libitum fuerit, mox sit patefactura. Omnia profecto tam concinna in tuis Philosophiæ Principijs, Dioptricis, & Meteoris, tamque pulchrè sibi ipsis naturæque consona sunt, vt mens ratioque humana iucundius vix optaret lætiusue spectaculum.  
25

In Methodo tuâ, lusorio quodam, sed eleganti sane modestiæ genere, talem te exhibes virum, vt nihil indole genioque tuo suauius & amabilius, nihil excelsius & generosius vel fingi possit, vel expeti.

30 Quorsum autem hæc? Non quod putarem, vir Clarissime, aut tuâ interesse aut Reipublicæ Literariæ, vt

*hæc conscriberem ; sed quod mirabilis illius voluptatis ac fructûs, quem ex scriptis tuis percepi, conscientia extorqueret hoc, qualecunque est, animi in te grati testimonium ; præterea, ut certum te facerem, eos etiam apud Anglos esse, qui te tuaque magni æstimant, diuinaeque animi tui dotes vehementer suspiciunt & admirantur, neminem autem hominem me ipso impensius te amare posse, eximiamque tuam Philosophiam arctius amplexari.* 5

*Sed reuerâ, illustrissime Cartesi, ut nihil dissimulem, quamuis pulcherrimum illud Philosophiæ tuæ corpus ac essentiam valdè depeream, fateor tamen paucula excidisse in secunda Principiorum parte, quæ certè animus meus aut paulò hebetior est quàm ut capiat, aut ut admittat auersatior.* 10

*Sed præclaræ tuæ Philosophiæ Summa nihil inde periclitatur, cùm huiusmodi ista sint, ut cùm aut falsa meritò aut incerta iudicari possint, ita nihil ad essentiam Philosophiæ tuæ ac fundamenta pertinere, illaque sine istis optimè possit constare. Quæ verò ea sint, si tibi non sit tædio, breuiter nunc exponam.* 15

| *Primò, definitionem materiæ seu corporis instituis multò quàm par est latiore. Res enim extensa Deus videtur esse, atque Angelus ; imò verò res quælibet per se subsistens, ita ut eisdem finibus claudi videatur extensio, atque essentia rerum absoluta, quæ tamen variari potest, pro essentiarum ipsarum varietate. Atque equidem, quòd Deus extenditur suo modo, hinc arbitror patere, nempe quòd sit omnipræsens, & vniuersam mundi machinam singulaeque eius particulas intimè occupet. Quomodo enim motum imprimeret materiæ, quod fecisse aliquando, & etiamnum facere ipse fateris, nisi proximè quasi attingeret materiam vniuersam, aut saltem aliquando attigisset ? Quod certè nun-* 20  
25  
30

quam fecisset, nisi adfuisset ubique, singulasque plagas occupauisset. Deus igitur suo modo extenditur, atque expanditur; ac proinde est res extensa.

5 Neque tamen ille corpus istud est, siue materia, quam ingeniosa illa artifex, mens scilicet tua, in globulos striatasque particulas tam affabre tornauit. Quamobrem res extensa latior corpore est.

Animumque mihi vltius addit, vt à te hac in re dissentiam, quòd ad confirmationem huiusce tuæ definitionis, 10 tam scæuum adhibes argumentum & ferme sophisticum: quòd vtique corpus possit esse corpus sine mollitie, vel duritie, vel pondere, vel leuitate, &c; illis enim alijsque omnibus qualitatibus quæ in materiâ corporeâ sentiuntur ex eâ sublatis, ipsam integram remanere. Quod perinde est 15 ac si dixeris, libram ceræ, cum possit esse libra ceræ, quamuis spoliatur figurâ sphæricâ, vel cubicâ, vel pyramidali, &c., sub nullâ figurâ posse remanere integram ceræ libram. Quod tamen impossibile est. Quamuis enim hæc vel illa figura non tam arctè cohæreat cum cerâ, quin illam 20 exuere possit, vt tamen cera semper sit figurata, necessitas summa est & arctissima. Ita, quamuis materia non sit necessariò mollis, nec dura, nec calida, nec frigida, vt tamen sit sensibilis, est summè necessarium; vel si malles, tangibilis, prout optime definit Lucretius:

25 |Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res<sup>a</sup>.

Quæ certè notio minùs debet à tua mente abhorrere, cum Philosophia tua omnem sensum, cum antiquis illis apud Theophrastum περι αἰσθήσεως, tactum planissimè constituat. Quod vero verius esse, ipse facillimè admittam. Sed si

a. De Natura rerum, I, 304.

*minus, placet corpus definire ab habitudine ad sensus nostros: tangibilitas hæc latior sit ac diffusior, & significet mutuuum illum contactum, tangendique potentiam, inter corpora quælibet, siue animata, siue < non > animata fuerint, estoque superficierum duorum pluriumue corporum 5  
 immediata iuxtapositiō. Quod & aliam innuit materiæ siue corporis conditionem, quam appellare poteris impenetrabilitatem; nempe quod nec penetrare alia corpora, nec ab illis penetrari possit. Vnde manifestissimum est discrimen 10  
 inter Naturam diuinam ac corpoream, cum illa hanc, hæc verò seipsam penetrare non possit. Vnde sanè felicius mihi videtur cum Platonicis suis Virgilius philosophari, quàm Cartesius ipse, cum ex illorum sententiâ sic cecinerit:*

. . . . Totamque infusa per artus

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet<sup>a</sup>. 15

*Mitto alias insigniores Diuinæ extensionis conditiones, cum non opus sit hoc loco explicare. Vel hæc pauca suffecerint ad demonstrandum multò tutius fuisse materiam definiuisse substantiam tangibilem, vel modo supra explicato impenetrabilem, quàm rem extensam. Dicta enim vel tangibilitas, 20  
 vel impenetrabilitas, competit corpori adæquatè; tua autem definitio peccat in legem, καθόλου πρότον, neque enim est reciproca cum definito.*

*Secundò, quando innuis ne virtute quidem diuina fieri posse vt propriè dictum existat vacuum; & si omne corpus 25  
 ex vase tolleretur, quòd latera necessariò coirent, ista profectò mihi videntur non solùm falsa, sed minus consona antecedentibus. Si enim Deus motum materiæ imprimit, quod supra docuisti, annon ille potest contra obniti, &*

a. VIRGILE, *Enéide*, l. VI, v. 726-727.

*inhibere ne coëant vasis latera? Sed contradictio est distare vasis latera, & tamen nihil interiacere. Idem non sensit li\terata antiquitas, Epicurus, Democritus, Lucretius, alijque. Sed, vt leuiusculum illud argumenti genus*  
 5 *missum faciam, diuinam contendo interiacere extensionem, tuumque hïc suppositum esse infirmum, materiam solummodò extendi : latera tamen, vt antea, coitura non necessitate logicâ, sed naturali; Deumque solum hanc coitionem inhibere posse. Cùm enim particulæ primi præsertim*  
 10 *secundique elementi tam furibundo motu agitentur, necesse est, quâ ceditur, eò ruant præcipites, aliasque sibi contiguas secum abripiant.*

*Infeliciter igitur successit, quod tam bellum Theorema, de modo Rarefactionis & Condensationis, quod certè ego*  
 15 *alijs de causis verissimum esse censeo, tam lubrico suffulcias fundamento.*

*Tertiò, singularem illam subtilitatem non capio, quâ atomos, id est particulas suâ naturâ indiuisibiles, non dari euincas. Vt enim, inquis, effecerit Deus eas particulas à*  
 20 *nullis creaturis diuidi posse, non certè sibi ipsi easdem diuidendi facultatem potuit adimere, quia fieri non potest vt propriam suam potentiam imminuat. Eodem argumento probaueris, Deum numquam fecisse, vt hesternus oriretur sol, quoniam potentia eius iam efficere non potest, vt*  
 25 *sol hesternus non esset ortus; nec vilissimam posse muscam occidere,*

Si modo qui perijt, non perijisse potest<sup>a</sup>,

a. OVIDE, *Ex Ponto*, l. IV, élégie XII :

« Quid mandem quæris? Peream, nisi dicere vix est;

» Si modo qui periit, ille perire potest? »

quod scitè de seipso Ouidius; aut materiam non creasse, cum sit diuisibilis in semper diuisibilia, ac proindè Deus nunquam posset absoluere ac perficere hanc diuisionem. Pars enim semper restat indiuisa, quamuis diuisibilis, atque ita perpetuò eluditur potentia diuina, nec plenè se exercere potest, finemque sortiri. 5

Quartò, indefinitam tuam mundi extensionem non intelligo. Extensio enim illa indefinita, vel simpliciter infinita est, vel tantùm quoad nos. Si intelligis extensionem infinitam simpliciter, cur mentem tuam obscuras uocabulis nimium suppressis ac modestis? Si tantùm quoad nos infinitam, reuerà erit finita extensio; neque enim mens nostra aut rerum aut veritatis mensura est. Ac proinde, cum alia sit simpliciter infinita expansio, diuinæ utique essentiæ, materia tuorum vorticum à centris suis recedet, totaque mundi machina in dissipatas atomos vagosque abibit puluisculos. 15

Atque sane eo magis hinc admiror modestiam tuam atque metum, quod adeo tibi caues à materiæ infinitudine, cum particulas actû & infinitas & diuisas ipse agnoueris, art. 34 & 35<sup>a</sup>. Quod certè si non fecisses, extorqueri tamen posse videtur hoc modo. Nam, cum quantum sit in infinitum diuisibile, partes actû infinitas habere oportet. Vt enim cultello alioue quouis instrumento corpus in partes palpabiles, quæ non actû sunt tales, mechanicè dissecare prorsus à.π.τ.γ.ρ.ο.ι., siue impossibile; ita vel mente quantitatem diuidere in partes toti realiter actûque non inexistentes, planè à.π.τ.γ.ρ.ο.ι. est ac rationi absolum. 25

Quibus insuper adiungi potest, hypothesin hanc, quòd mundus simpliciter ac reuerà sit infinitus, æqualem vim 30

habere, ad explicandam iuxta ac confirmandam rationem rarefactionis & condensationis, quam supra proposuisti, art. 6, 7<sup>a</sup>, atque istud principium, folius corporis esse extensionem, & nihilum non posse extendi. Quod enim  
 5 ibi præstat Logica seu contradictoria necessitas, idem hic necessitas Physica vel mechanica certissimè præstabit.

Cùm enim omnia in infinitum vsque materiâ seu corporibus sint plena ac referta, penetrationis lex impediet, ne fiat vlla distantia in rarefactione corporibus nuda, aut  
 10 accessio partium ad se inuicem in condensatione, sine interiacentium particularum expulsionem.

Atque hæcenus, quæ à me dicta sunt rationi mentique meæ maxime videntur perspicua, tuisque placitis longè longè certiora.

15 Cæterum à nullâ tuarum opinionum animus meus, pro eâ quâ est mollitie ac teneritudine, æque abhorret, ac ab internecinâ illâ & iugulatrice sententiâ, quam in Methodo<sup>b</sup> tulisti, brutis omnibus vitam sensumque eripiens, dicam, an potius præripiens? neque enim vixisse vnquam  
 20 pateris. Hic non tam suspicio rutilantem tui ingenij aciem, quàm reformido, utpote de animantium fato sollicitus, acumenque tuum non subtile solùm agnosco, sed chalybis instar rigidum ac crudele, quod vno quasi ictu vniuersum fermè animantium genus vitâ ausit sensuque  
 25 spoliare, in marmora & machinas vertendo.

Sed videamus, obsecro, quid in causâ est, quod in brutas animantes quicquam tam seueriter statuas. Loqui utique non possunt, causamque suam apud iudicem dicere, & quod crimen aggrauat, cùm ad loquelam organis satis sint

a. *Principia Philosophiæ*, pars II.

b. *Discours de la Méthode*, Ve partie, p. 46 (édit. princeps).

*instructæ, uti patet in picis & psittacis, hinc vitâ sensuque mulclandæ sunt.*

*Verumenimverò, quomodo fieri possit, ut aut psittaci aut picæ voces nostras imitentur, nisi audirent sensuque perciperent quid loquimur? Sed non intelligunt, inquis, quid sibi volunt istæ voces, quas effutiunt imitando. Quidni tamen ipsi quid volunt satis intelligant, cibum scilicet quem à dominis hoc artificio acquirunt? putant igitur se cibum mendicare, quod istâ loquacitate toties roti compotes fiunt. Et quorsum, quæso, illa attentio est & auscultatio in aubus cantatorijs, quam præ se ferunt, si nullus sit in ipsis sensus nec animadversio? Vnde illa vulpium canumque astutia & sagacitas? Qui sit ut minæ & verba ferocientes cohibeant belluas? Canis famelicus, cum furtim quid abstulit, cur quasi facti conscius clam se surripit, & meticulose ac diffidenter incedens nemini occursanti gratulatur, sed auerso pronoque rostro suam ad distans pergit viam, suspitiosè cautus, ne ob patratum scelus pœnas luat? Quomodo ista fieri possunt, sine internâ facti conscientiam? Copiosa ista historiolarum congeries, quibus nonnulli conantur demonstrare rationem inesse animalibus brutis, hoc saltem euincet, sensum ipsis memoriamque inesse. Sed infinitum esset tales narratiunculas hic attexere. E quibus scio benè multas istius modi esse, ut earum vim vel subtilissimum acumen haud possit eludere.*

*Sed video planè quid te huc adegit, ut bruta pro machinis habeas: Immortalitatis utique animarum nostrarum demonstrandæ ratio, quæ, cum supponat corpus nullo modo cogitare posse, concludit, ubicumque est cogitatio, substantiam à corpore realiter distinctam adesse oportere, adeoque immortalem. Vnde sequitur, bruta,*



*si cogitent, substantias immortales sibi annexas habere.*

*Atqui obsecro te, vir perspicacissime, cum ex istâ demonstrandi ratione necesse esset, bruta animantia aut sensu spoliare, aut donare immortalitate, cur ipsa malles inanimas machinas statuere, quàm corpora animabus immortalibus actiuata? præsertim cum illud, vt naturæ phænomenis minimè consonum, ita planè sit inauditum hæctenus; hoc verò apud sapientissimos veterum ratum sit ac comprobatum, Pythagoram puta, Platonem, aliosque. Et certè animos hoc adderet Platoniceis omnibus persislendi in suâ de brutorum immortalitate sententiâ, cum tam insigne ingenium eò angustiarum redactum sit, vt, si animas brutorum immortales non concedatur, vniuersa bruta insensatas machinas necessariò statuatur.*

*Hæc sunt paucula illa (magne Cartesi) in quibus mihi fas esse putabam à te dissentire. Cætera mihi adeò arriident atque adblandiuntur, vt nihil illis habeam magis in delicijs; adeoque intimis animi mei sensibus consona sunt atque cognata, vt non solum tardioribus commodè explicare, sed etiam contra pugnacissimos quosque fœliciter, si opus esset, defendere me posse confidam.*

*Quod reliquum est, exorandus es, Vir illustrissime, vt hæc nostra boni consulas, nec me vllius lenitatis vanæque ambitionis suspectum habeas, quasi affectarem Clarissimorum virorum familiaritates ac amicitias, cum & ipse, si posses, haud cuperem inclarescere, rem turbulentam famam iudicans, priuatoque otio valdè inimicam.*

*Neque profectò, quamuis animo sim in te admodum pronus ac procliui, id vnquam tibi significassem, nisi ab alijs | insligatus; sed te tuaque amore latenti tacitâque veneratione prosequi contentus fuisssem.*

*Nec obnixè à te efflagito vt rescribas, vtpote quem contemplationibus summè arduis, vel experimentis faciundis maximè vtilibus pariter ac difficilibus, occupatissimum autumo.*

*Permitto igitur hic tibi tuo iure vti, ne sim in publicum iniurius. Quod si tamen hæc nostra, qualia qualia fuerint, responzione quâlibet cunque cohonestare dignatus fueris, rem sane non ingratham præstabis*

*Singularis tuæ sapientiæ cultori deuotissimo,*

HENRICO MORO. 10

*Cantabrigiæ, è Collegio Christi,  
3<sup>o</sup> Idus Decembris anno 1648.*

Clerselier imprime auparavant, dans son édition des *Lettres de Descartes*, t. I, lettre 64, p. 251-253, et lettre 65, p. 253-257, deux lettres échangées entre Henry More et lui, le 12 déc. 1654, et le 14 mai 1655, au sujet des objections de More et des réponses de Descartes en 1648 et 1649. Voici l'une et l'autre de ces lettres :

« *Clarissimo Viro*  
» *Henrico Moro Nobili Anglo.* »

« Legi, vir eximiè, et perlegi summâ cum voluptate tuas ad D. Cartesium difficultates, quas ei tertio Idus Decembris 1648, tertio nonas »  
 » Martij, 10 Calendas Augusti et duodecimo Calendas Novembris 1649<sup>a</sup>, »  
 » proposuisti; miratusque sum ingenium tuum et summam humanita- »  
 » tem, quâ fretus ausus sum hæc ad te confidenter rescribere, vt de ijs »  
 » quæ facere instituo te certiozem faciam, et à te impetrem ea quæ mihi »  
 » necessaria sunt, vt opus quod suscepi ad finem perducam. Scies igitur »  
 » me habere | præ manibus præcipua Autographa, quæ incomparabilis »  
 » Philosophus D. Cartesius D. Chanuto, olim apud serenissimam Sueciæ »  
 » Reginam, nunc vero apud Batauos legato meritissimo, affini meo, apud »  
 » quem Sueciæ vitâ functus est, reliquit. Inter quæ sunt et illa litterarum »  
 » quas pluribus ex amicis suis rescripsit, ex quibus præcipuas colligo, »  
 » quæ vel Philosophiam suam tangunt, vel ea quæ perficienda suscep- »  
 » rat respiciunt, vel difficultates à plerisque summis viris, inter quos non »  
 » minimum tenes locum, ipsi propositas soluunt, vt eas omnes publici »  
 » iuris faciam, quod spero me breui peracturum. Sed quia litteræ illæ,

a. C'est-à-dire : 11 déc. 1648, et 5 mars, 23 juillet, 21 octobre 1649.

» quæ difficultatibus respondent, vix possunt intelligi, nisi etiam eæ, quæ  
 » occasionem ipsi dederunt tale quid respondendi, simul in lucem edan-  
 » tur, nec tamen mihi honestum visum fuerit hoc exequi absque veniâ et  
 » licentiâ eorum qui ipsi rescripserunt, à quibusdam petij et impetraui,  
 » vt illud mihi concederent, quod etiam spero à te, pro summâ tuâ hu-  
 » manitate et incredibili erga Cartesium studio, mihi concessum iri. »

« Sed præterea cuperem vt mihi exemplaria mitteres earum omnium  
 » quæs à D. Cartesio accepisti epistolarum; duas enim tantum præ mani-  
 » bus habeo, quarum prior respondet tuis tertio Idus Decembris datis<sup>a</sup>,  
 » altera, ijs quæ tertio nonas Martij scriptæ sunt<sup>b</sup>. Superest igitur tertia,  
 » quæ mihi deest, quæque tuis 10 Calendas Augusti et 12 Calendas  
 » Nouembris datis satisfacere debet<sup>c</sup>; quæ profecto non potest non esse  
 » pulcherrimâ, et continere plura scitu dignissima, cum tot tuis tantisque  
 » difficultatibus et quæstionibus, cum ex Principijs Philosophiæ, tum ex  
 » Dioptrice excerptis, respondere debeat; cuius tamen duas dumtaxat  
 » paginas inueni, quæ tantum instantijs tuis satisfacere tentant, nec vllum  
 » verbum ad quæsita tua super Principijs et Dioptrice continent. Quare  
 » summopere exopto et enixè precor, vt et mihi licentiam concedas lit-  
 » teras tuas simul cum responsis imprimendi, et vt simul ad me mittas,  
 » quas habes à D. Cartesio, vt et posteritatis vtilitati, et amici nostri  
 » famæ ac memoriæ consulamus. »

« Præter hæc autem litterarum Autographa, plura adhuc habeo cele-  
 » berrimi viri præclara monumenta, quæ singula suo tempore lucem vide-  
 » bunt, et quæ non parum iucunditatis puto tibi fore allatura, utpote qui  
 » in evoluendis Cartesianis scriptis tam impiger videris. Si mihi vernâ-  
 » culâ linguâ vti licuisset, aptius atque ornatius sententiam meam expli-  
 » cuissem; sed ne in varios errores inciderem, stylum contraxi, et vt  
 » potui, non vt volui, mentem meam tibi aperui; quod rogo vt mihi con-  
 » dones, et scias me tuæ semper humanitatis et sapientiæ laudatorem et  
 » cultorem fore. »

« CLAVDIVS CLERSELIER. »

« Parisijs, 12 Dec. 1654. »

« *Responsio Henrici Mori.* »

« Litteræ tuæ, vir clarissime, datæ Lutetiæ Parisiorum, pridie Idus  
 » Decembris, anno 1654, non peruenerunt ad manus meas ante deci-  
 » mum septimum Calendarum Maij<sup>d</sup>. Miror tantum temporis interfluisse.  
 » Granthamiæ tunc agebam in agro Lincolnensi. Rus enim concesseram,  
 » cum alijs de causis, tum ad confirmandam valetudinem. Vehe-

a. Voir ci-après lettre DXXXVII, du 5 février 1649.

b. Lettre DLIV, du 15 avril 1649.

c. Cette troisième lettre ne fut pas rédigée entièrement, et il n'en reste que les deux pages dont parle Clerselier, et que nous donnerons, lettre DLXVI ci-après, fin d'août.

d. Le 15 avril 1655.

» menter equidem gaudebam, postquam intellexi præclarum tuum insti-  
 » tutum edendi omnia Cartesij scripta quæ apud te sunt, quo non solùm  
 » nobilissimi Philosophi famæ ac memoriæ, verùm etiam communi om-  
 » nium literatorum vtilitati optimè consulēs. In neminem enim aptiùs  
 » quadrat, quàm in diuinum illum virum, Horatianum illud :

» *Qui nil molitur inepte*<sup>a</sup>.

» Quam ob causam, si ego tibi à consiliis essem, nihil quicquam eo-  
 » rum supprimeretur, quæ vel ille tentauit vilo modo in rebus Philoso-  
 » phicis, vel fœliciter ad exitum perduxit; sed lucem viderent omnia, in  
 » maius Reipub. Literariæ commodum. Ac proinde, vt nullum impedi-  
 » mentum esset tam vtili ac generoso proposito, vel vltro tibi conce-  
 » derem copiam edendi primas meas secundasque litteras ad Cartesium  
 » conscriptas<sup>b</sup>, quippe quod absque eis, vt rectè mones, responsa eius  
 » tam commodè intelligi non possint; nec multùm abs re fore diffiteor,  
 » si tertias meas<sup>c</sup> simul edideris, cùm per eas responsum sit alteris illis  
 » Cartesianis. Sed cùm quartæ meæ<sup>d</sup> nullis illius literis respondeant,  
 » nec illis ab ipso responsum sit quicquam, vtpote inopinatâ morte præ-  
 » repto, de ijs aliquantùm hæsito an publici iuris facerem. Cæterùm  
 » omnem scrupulum eximeret, si quis ex amicis ipsius aut familiaribus,  
 » qui frequentius eum inuiserunt et colluquuti sunt, vel cum eo vixerunt  
 » coniunctiùs, respondendi vices suppleret; tunc enim parùm dubito,  
 » quin operæ esset pretium illas etiam in lucem dare. Quod si hoc in  
 » præsens impetrari non possit, modò probabile esset, quod literæ illæ  
 » meæ tertiæ quartæque editæ allicerent aliquem ex peritioribus Philo-  
 » sophiæ Cartesianæ sectatoribus, ad respondendum omnibus difficulta-  
 » tibus inibi Cartesio ipsi propositis; ex illâ saltem spe faciliùs animum  
 » inducerem, vt ius tibi concedam eas in publicum proferendi. Quid  
 » autem futurum sit in hac re, ipse forsàn oportuniùs quàm ego coniec-  
 » turam capies? Ne multis igitur te morer, totum hoc negotium iudicio  
 » tuo ac candori permitto, vt, quod facto opus sit, facias. »

« Incredibile est quanto mærore sum affectus, audito præmaturo Car-  
 » tesij fato, quippe qui ingenium virtutesque incomparabilis viri impense  
 » amaui et miratus sum. Præterea accessit ingens desiderium perlegendi  
 » responsa eius, | quæ expectaui, ad tertias quartasque meas litteras, quæ  
 » vniuersam illius Philosophiam percurrunt. Inchoasse integrum respon-  
 » sum ad meas datas 10 Cal. Aug., ex te intelligo. Quod fragmentum  
 » scripsisse eum conijcio, cùm Egmundæ esset in Hollandiâ. Destitit  
 » autem, vt per amicos suos certiozem me fecit, ab incepto, quod ani-

a. HORACE, *Art. poet.*, 140.

b. Lettre DXXXI ci-avant, du 11 déc. 1648, et lettre DXLIV ci-après, du 5 mars 1649.

c. Lettre DLXIV, du 23 juillet 1649.

d. Lettre DLXXIV, du 21 octobre 1649.

» mus occupatissimus paratu ad iter Suecicum non potuit vacare tam  
 » subtilibus tantique, vti ipse dixit, momenti difficultatibus et disquisi-  
 » tionibus ; sed constanter pollicitus est suis, se proximo vere reuersu-  
 » rum, et tunc mihi copiosè et perspicuè omnia explicaturum <sup>a</sup>. Sed, cùm  
 » invida mors cætera nobis præripuerit, nollem vel illud fragmentum  
 » duarum paginarum, quarum mentionem facis, interire. »

« Quod ad solidiora illa Cartesij monumenta attinet, quæ profiteris te  
 » habere, quæque, vti promittis, lucem visura sunt suo tempore, gestit  
 » profectò animus ad tam lætum gratumque nuncium ; auideque interim  
 » cupio, si tibi non sit molestum, vt argumenta titulosuè singulorum  
 » librorum recenseas in proximis tuis literis <sup>b</sup>. Reuixit enim in me, ex  
 » quo nuperas tuas accepi, pristinus ille ardor erga Philosophiam Carte-  
 » sianam, qui aliquantulùm ab obitu desideratissimi nostri amici defer-  
 » buerat, cùm noua legendi materies non suppeteret. Sed, vt ingenuè  
 » fatear quod res est, illud solum in causâ non fuit, sed pecularia quæ-  
 » dam studia quæ aliò animum auocârunt. Est enim illud rerum pondus,  
 » veritatis pulchritudo, amplitudo ingenij et acumen, Theorematum de-  
 » nique omnium admirabilis ille ordo et consensus in scriptis Cartesia-  
 » nis, vt vel millies lecta non sordescant ; non magis quàm lux solis,  
 » cuius ortum singulis diebus aues, pecudes ipsique adeo homines gratu-  
 » labundi contemplantur. »

« Nec certè solum lectu iucunda est hæc Cartesiana Philosophia, sed  
 » apprimè utilis, quicquid aut mussitent, aut deblaterent alij, ad sum-  
 » mum illum omnis Philosophiæ finem, puta Religionem. Cùm enim  
 » Peripatetici formas quasdam contendunt esse substantiales, quæ è po-  
 » tentiâ | materiæ oriuntur, quæque cum materiâ ita coalescunt, vt absque  
 » illâ subsistere non possint, ac proinde necessariò demum redeunt in  
 » potentiam materiæ (cui ordini accensent viuientium ferè omnium ani-  
 » mas, etiam eas quibus sensum cogitationemque tribuunt) ; Epicurei  
 » autem, explosis illis substantialibus formis, ipsi materiæ vim sentiendi  
 » cogitandique inesse statuunt ; solus, quod scio, inter Physiologos exti-  
 » tit Cartesius, qui substantiales illas formas animasùè materiâ exortas è  
 » Philosophiâ sustulit, materiamque ipsam omni sentiendi cogitandique  
 » facultate planè spoliauit. Vnde, si principijs staretur Cartesianis, certis-  
 » sima esset ratio ac Methodus demonstrandi, et quòd Deus esset, et

a. Il résulte de ceci que les deux pages retrouvées par Clerselier dans les papiers de Descartes, ont été écrites fin d'août, au reçu de la troisième lettre de More, du 23 juillet, et avant le départ du philosophe pour Stockholm, lequel eut lieu le 1<sup>er</sup> septembre 1649. Voir la lettre DLXVI ci-après.

b. Nous n'avons point la réponse de Clerselier à cette requête de More. Mais la Bibliothèque Nationale possède à Paris, de la main de Clerselier, un : « Inventaire succinct des escrits qui se sont trouvez dans  
 » les coffres de Mons<sup>r</sup> Descartes apres son decedz a Stocholm, en feb.  
 » 1650 ». (*MS. fr. n. a., 4730.*)

» quòd anima humana mortalis esse non possit. Quæ sunt illa duo soli-  
 » dissima fundamenta ac fulera omnis veræ Religionis. Hæc breuiter  
 » noto, cùm possim et alia bene multa huc adijcere, quæ eodem spectant.  
 » Sed summatim dicam nullam extare Philosophiam, nisi Platoniam  
 » fortè exceperis, quæ tam firmiter Atheis viam præcludit ad peruersas  
 » istas cauillas et subterfugia, quò se solent recipere, quàm hæc Carte-  
 » siana, si penitiùs intelligatur. Vnde spero, quòd omnes boni clementiùs  
 » ferent amplissimas illas laudes, quibus incomparabilem virum cumulo.  
 » in ijs quas ad eum scripsi litteris. Credoque, quicquid hæc præsens  
 » ætas senserit de Cartesio (nam, vt nunquam viuus, ita rarò recenti de-  
 » functorum memoriæ parcit inuidia), quòd posteritas eum omni cum  
 » laude et veneratione sit exceptura, optimumque illius Philosophiæ  
 » vsum sit agitura. Quod lubentiùs prædico, vt maiorem in modum tibi  
 » animos accendam ad pergendum in nobili illo instituto edendi omnia  
 » quæ habes Cartesij scripta Philosophica: quo pacto, cùm alios multos,  
 » tum me præter cæteros deuincies, qui in illis euoluendis tantam perci-  
 » pere soleo voluptatem. »

Suit un alinéa (p. 256-257) que nous avons rapporté textuellement et en entier dans le *prolégomène*, p. 236. More continue :

« Quòd mensis ferè iam elapsus est, ex quo tuas accepi litteras, nec  
 » tamen ad te rescripsi, id profectò factum est per nullam negligentiam  
 » aut incuriam. Non possum enim non magni te æstimare, tum propter  
 » eximium tuum ingenium, ad omnem, quod satis ex litteris tuis pers-  
 » pexi, æquitatem et humanitatem compositum ac conformatum, tum  
 » propter honorificam Clarissimi fratris tui Chanuti, òlim apud Suecos,  
 » nunc verò, vt narras, apud Batauos legati meritissimi, in Cartesium  
 » defunctum pietatem. Sed totum id temporis quod effluxit, partim ne-  
 » gotijs, quibus eram ruri districtus, partim meis ad Cartesium litteris  
 » castigandis transcribendisque, postquam ad Academiam redijssem, im-  
 » pensum est; nec putabam fore operæ pretium ad te rescribere, prius  
 » quàm ista perfecissem. Jam verò in parato sunt omnia, tam mearum,  
 » quàm Cartesianarum litterarum exemplaria : neutra tamen ad te mitto  
 » hac vice, quippe quod experiendum putauì priùs, quàm tutò hæ, quas  
 » iam scripsi, literæ ad manus tuas peruenerint; postquam id intellexe-  
 » rim, mittam ad te continuò. Perlubenter interim ex te audire vellem,  
 » quousque deueneris in nobili illo negotiò quod scribis te suscepisse.  
 » Rem sanè mihi pergratam præstabis, si per proximas tuas literas eà de  
 » re certiozem me feceris. Vale, Vir Clarissime, et generosum illud opus  
 » quod moliris foeliciter exequere. Sic optat  
 » Tibi Cartesianisque omnibus addictissimus

» HENRICVS MORE. »

« Cantabrigiæ, è Collegio Christi,  
 » pridie Idus Maij 1655<sup>a</sup>. »

a. Le 14 mai 1655.

## DXXXII.

## CHRISTINE DE SUÈDE A DESCARTES.

Stockholm, 12 décembre 1648.

Copie MS., Leyde, Bibliothèque de l'Université.

*Publiée par Foucher de Careil, p. 139, Descartes, la Princesse Elisabeth et la reine Christine (Germer-Baillière, 1879). En 1691, cette lettre avait été signalée par Baillet en ces termes : « La lettre » de cette Princesse étoit du XII Décembre de l'an 1648, accom- » pagnée d'une de M. Chanut de même date. M. Descartes fit réponse » à l'une et à l'autre le XXVI de Février de l'année suivante. » (Vie de Mons. Des-Cartes, II, 332.) La date que donne la copie MS. « 2 décembre 1648 » est de l'ancien style ; il faut lire 12 décembre. — Cette lettre et la suivante furent envoyées à Paris, Chanut ne sachant pas encore que Descartes en étoit parti. Clerelier la renvoya en Hollande. Descartes ne put y répondre que le 26 février 1649, lettre DXLI ci-après.*

*Monfieur Descartes,*

*Ma curiosité me porta, il y a quelque tems<sup>a</sup>, de vous faire demander par M. Chanut vostre sentiment sur la question du souuerain bien : là-dessus, Monsieur, vous*  
*5 l'avez déclaré dans vne lettre que vous avez pris la peine de m'écrire<sup>b</sup>, de laquelle ie pretens de vous remercier par la presente, comme aussi du traité des Passions que*  
*vous y avez iont ; ie vous assure, Monsieur, que ces piesses m'ont confirmé dans la bonne opinion que ledit sieur*  
*10 Chanut m'auoit donné de vous. Je sauois déia que, pour estre son ami, il ne faudroit pas auoir moins de vertu &*

a. Exactement le 17 septembre 1647. Voir ci-avant lettre CDXCIII, p. 79.

b. Lettre CDXCV, du 20 nov. 1647, p. 81.

de favoir que Dieu vous en a donné, & l'estime qu'avec grande raison i'ay donné à son merite m'obligeoit de n'en auoir pas moins pour vous; afeur que vous vous estes fait cognoître par les beaux liures que vous auez écrit, ie vous remercie de tout mon cœur de ce que vous m'auiez 5 confirmé & augmenté l'estime que i'auois pour l'vn & pour l'autre, & vous prie de croire que i'embrasseray avec plaisir toutes les occasions qui me permettront de vous témoigner que vos merites vous ont acquis l'estime & l'affection de

CHRISTINE.

10

Stocholm, le 2 decembre 1648.

## DXXXIII.

CHANUT A DESCARTES.

Stockholm, 12 decembre 1648.

[A. BAILLET], *La Vie de Monsieur Des-Cartes*, t. II, p. 357-358.

« Cependant », dit Baillet, « la Reine de Suède, débarrassée des négociations de la paix générale de l'Europe, qui fut conclue à Munster le » XXIV d'Octobre de cette année, non contente d'auoir lu le petit traité des » Passions de M. Descartes [*en marge* : Il luy auoit envoyé ce traité MS. » avec ce qu'il auoit écrit du souverain Bien] à la chasse, comme elle » auoit coûtume d'en user à l'égard de beaucoup d'autres, voulut le relire » dans son cabinet, et l'étudier avec de plus profondes méditations. Cette » seconde lecture fit de si fortes impressions sur son esprit, qu'elle prit » résolution de passer à l'étude de toute la Philosophie de M. Descartes, » à qui M. Chanut, Résident de France auprès d'elle, en récrivit le XII » de Décembre dans ces termes [*en marge* : Lettr. MS. de Chanut à Desc. » du 12 Décembre 1648] » :

*I'eus l'honneur, il y a deux mois<sup>a</sup>, de suivre la Reine en un voyage vers les mines d'argent & de cuivre. Dans*

a. En marge : « C'étoit en Octobre 1648. »



le loisir du chemin, elle se donna entièrement à la lecture. Je portay vos Principes de la Philosophie. Je luy lus la préface. Elle ouvrit le livre par endroits, & demeura fort pensive pendant quelques jours. Je connus ce qui la faisoit  
5 réver; & comme j'osay bien luy dire qu'il me sembloit qu'elle se trouvoit en peine entre le desir de s'instruire dans cette Philosophie & les difficultez qu'elle auroit à l'acquérir, elle m'avoüa que j'avois deviné ce qui luy donnoit du soucy. Je luy conseillay d'achever à loisir  
10 quelques autres études qu'elle s'étoit proposées, & cependant de commander à M. Freinshemius, son Historiographe, très-honnête homme & sçavant, dont elle se sert pour son soulagement dans la lecture, qu'il s'instruise de vos Principes aussi parfaitement qu'il luy sera possible,  
Page 366, l. 6. — L'expérience du Puy-de-Dôme avait été faite le 22 sept. 1648, par Florin Périer, sur les instructions que son beau-frère Blaise Pascal lui avait envoyées de Paris, le 15 nov. 1647. Elle fut aussitôt imprimée sous ce titre : « *Recit de la grande expérience de l'équilibre des liqueurs, projectée par le sieur B. P. pour l'accomplissement du Traicté qu'il a promis dans son Abbregé touchant le vuide, et faite par le sieur F. P. en une des plus hautes montagnes d'Auvergne.* — (Paris, Charles Sauvreur, 1648, in-4°, 20 pages.) » — Voir ci-avant lettre D du 13 déc. 1647, p. 98, et *éclaircissement*, p. 100.

Page 366, l. 17. — La « difficulté de M. de Fermat » est celle qui est posée dans le billet inséré ci-avant, p. 257, *éclaircissement*. Descartes, dans sa lettre du 18 décembre 1648, avait déjà indiqué la marche par laquelle il était arrivé à la solution, « en moins d'un demi-quart d'heure (p. 257, l. 17-18) ». Mais il avait demandé que Fermat ou Roberval complétassent ces indications sur un point essentiel.

Il semble que ce défi de Descartes ait été communiqué à Fermat, mais non pas la correspondance entre Carcavi et Descartes sur le même sujet. En 1649, Fermat tenait au reste, de son côté, encore secrète sa méthode, et lorsque, le 20 août 1650, il en envoya à Carcavi l'explication, contenue dans l'*Appendix* à son *Novus secundarum et ulterioris ordinis radicum in Analyticis usus* (*Œuvres de Fermat*, éd. Paul Tannery, I, 1891, p. 184-188), il écrivait à son correspondant (*Ib.*, II, 1894, p. 286) :

« Ce que ie crois avoir esté incogneu iusques a present, puisque M. Descartes, que ie nomme avec tout le respect qui est deu a la memoire d'un sy merueilleux homme, proposoit comme une difficulté insurmontable » la question suyvante :

Estans donnés quatre points & une courbe, en laquelle prenant un point a discretion, les droites menées de ce point aux quatre donnés fassent une  
 10 somme donnée, trouver une tangente à quelconque point donné de cette courbe.

« Ainsy que je puis faire voir par une de ses lettres. »

Or le problème qui est traité par Descartes dans la présente lettre à Carcavi, et qui reparait dans les lettres ci-après DLXIII et DLXV, revient précisément à celui qu'il avait posé dans la lettre (perdue) à Fermat.

On peut inférer de là avec quelque probabilité que Fermat reçut, par Carcavi, communication de la lettre de Descartes du 18 décembre 1648; qu'il écrivit à ce sujet à Descartes, sans lui donner pleine satisfaction, mais en lui montrant qu'il possédait réellement une méthode complète (d'ailleurs essentiellement différente de celle du philosophe). Descartes, pour éprouver cette méthode, aura écrit à Fermat en lui demandant de l'appliquer au problème ci-dessus énoncé; mais Fermat, peu désireux de recommencer à lutter avec ce redoutable adversaire, se sera excusé ou aura brisé là.

D'autre part, Carcavi (ou Auzout ?) aurait également communiqué la lettre du 18 décembre 1648 à Roberval, lequel avait déjà cherché sans doute à relever le défi lancé dans le billet de Fermat, et avait, semble-t-il, abordé la question en suivant une marche plus voisine de celle de Descartes, mais sans aller aussi loin que lui. Il avait cru cependant pouvoir se servir de l'intermédiaire de Carcavi pour faire connaître au philosophe que, s'il ne répondait pas expressément à la question posée dans la lettre précitée, il ne s'en considérait pas moins comme en possession d'une méthode de solution complète. Pour le mettre au pied du mur, Descartes lui demande l'application à un exemple déterminé, tout en montrant qu'il a lui-même effectué les calculs pour cette application.

Le résultat complet de ces calculs a été retrouvé dans les papiers de Descartes et publié, sous le n° IX, dans les *Excerpta ex MSS. R. Descartes*, à la suite des *R. Descartes Opuscula posthuma, physica et mathematica* (Amstérodami. Ex Typographia P. et S. Blaeu. MDCCI). Le développement, égal à zéro, y comprend 18 termes, dont 10 positifs et 8 négatifs; dans la présente lettre, Descartes donne seulement les termes négatifs, en les affectant du signe +, c'est-à-dire en les supposant passés dans le second membre de l'équation. De plus pour mieux masquer sa méthode, il a divisé tous les coefficients par 8. Par suite, pour répondre exactement à sa question, il fallait donner le développement suivant, comme représentant le premier membre de l'équation :

$$\frac{1}{8} a^8 + \frac{7}{2} a^6 b^2 + 5 a^4 b c + \frac{35}{4} a^4 b^2 + 5 a^4 b^3 c + \frac{9}{2} a^4 b^2 c^2 \\ + 83 a^4 b^2 c d + 2 a^4 b^3 c^2 + 116 a^4 b^2 c d e + 251 a^4 b^2 c^2 d^2.$$

Il est à peine utile d'ajouter que, dans ce développement, les lettres  $a, b, c, d, e$ , doivent être substituées les unes aux autres de toutes les manières possibles, en sorte qu'il y a en réalité 495 termes différents.

Roberval fut hors d'état de résoudre l'énigme; l'invention de Descartes consistait en fait, pour faire disparaître les radicaux dans l'égalité

$$\sqrt{a} + \sqrt{b} + \sqrt{c} = \sqrt{d} + \sqrt{e},$$

à former le produit des seize facteurs différents composés comme  $\sqrt[4]{a} + \sqrt[4]{b} + \sqrt[4]{c} + \sqrt[4]{d} + \sqrt[4]{e}$ , que l'on obtient, si l'on affecte de toutes les manières possibles des signes + et — les quatre derniers radicaux. Cette invention est un des plus remarquables exemples du génie mathématique du philosophe. Toutefois elle ne s'applique qu'aux radicaux du second degré, tandis que la méthode de Fermat (réduction au problème général d'élimination entre équations rationnelles) est applicable aux radicaux de degré quelconque.

Actuellement, grâce à un procédé de calcul dû à Cayley (*Cambridge and Dublin Mathematical Journal*, VIII, p. 97-101; 1853), la loi de formation des coefficients du développement de Descartes peut être considérée comme connue dans le cas où le nombre des radicaux est pair; si au contraire il est impair, cette loi reste à déterminer. (Voir *Intermédiaire des Mathématiciens*, II, 1895, p. 124, remarque de M. Gino Loria.)

## DLXIII.

## CARCAVI A DESCARTES.

Paris, 9 juillet 1649.

Texte de Clerselier, tome III, lettre 76, p. 439-442.

*Réponse à la lettre précédente, p. 365. Descartes répondra le 17 août, lettre DLXV ci-après.*

*Monsieur,*

*Si ie n'eusse esté absent de cette ville pendant vn mois & dauantage, ie n'aurois pas manqué de faire plustost réponse à la lettre que vous auez pris la peine de m'écrire du onzième du mois passé, & vous remercier de la faueur que vous me faites de me donner de vos nouvelles, & d'agrèer que ie vous écriue de temps en temps celles que ie croyray vous apporter dauantage de satisfaction. Si i'auois les mesmes habitudes & la mesme pratique pour les experiences que le feu bon Pere Mersenne, vous en*

receuriez le mesme contentement ; mais ie tafcheray de  
 suppléer à cela par la curiosité de ceux que ie sçauray  
 qui les font avec plus de soin & de diligence.

Celle que vous me demandez de M. Pascal le ieune est  
 imprimée il y a desia quelques mois<sup>a</sup>, & a esté faite fort 5  
 exactement sur vne haute montagne d'Auvergne, appelée le  
 Puys de Domme ; sa hauteur est d'environ 500 toises. On  
 fit, premierement, l'experience au Couuent des Reuerends  
 Peres Minimes de la ville de Clairmont, qui est \ presque  
 le plus bas lieu de la ville. L'on prit deux tuyaux de verre, 10  
 longs chacun de quatre pieds ; le vif-argent qui resta en  
 chacun d'eux, ioints l'un contre l'autre, se trouua à mesme  
 niueau, & il y en auoit, au deffus de la superficie du vais-  
 seau dans lequel on les ruida, la hauteur de vingt-six  
 pouces trois lignes & demie. Apres cela, on monta au haut 15  
 de la montagne qui est tout proche de la ville, plus haute,  
 ainsi que i'ay dit, d'environ 500 toises, où l'on trouua  
 qu'il ne restoit plus de vif-argent dans le tuyau que la  
 hauteur de vingt-trois pouces deux lignes. Et ainsi, entre  
 les hauteurs du vif-argent de ces deux experiences, il y eut 20  
 trois pouces vne ligne & demie de difference, ce qu'estant  
 reïteré diuerses fois se trouua tousiours de mesme. Et en-  
 core en descendant de la montagne, l'on fit l'experience  
 en vn lieu appelé la Fon de l'Arbre, bien plus haut que  
 les Minimes, mais aussi plus bas que le sommet de la 25  
 montagne, & la hauteur du vif-argent se trouua de  
 25 pouces.

Voila, Monsieur, en substance, ce que vous m'auiez de-  
 mandé, à quoy ie n'adioûteray pas grand-chose pour main-  
 tenant, a cause du peu de temps qu'il y a que ie suis ar- 30

a. Voir ci-avant, p. 366, l. 6, et p. 367 éclaircissement.

riué, qui ne m'a pas mesme donné le loisir de lire` deux  
 petits liures qu'on m'a enuoyez de Rome, & que ie fais  
 porter chez M. Picot, parce qu'il y en a vn qui parle avec  
 estime des Principes que vous auez fait imprimer, mais  
 5 qui ne les a pas, ce me semble, bien entendus. Et Mon-  
 sieur Picot s'est chargé de m'en écrire son aduis, pour le  
 luy faire tenir à Rome, où il y a vn Minime, nommé le  
 Pere Magnan, plus intelligent que le feu Pere Mersenne,  
 qui m'a fait esperer quelques obiections contre vos mesmes  
 10 Principes, ce que ie souhaitteroïs estre fait avec iugement,  
 & qui meritaſt vne réponse de vostre main\*.

Nous attendons bien-toſt vostre traité des Passions<sup>a</sup>, &  
 ce que Monsieur de Schooten a fait imprimer touchant  
 vostre Geometrie<sup>b</sup>. Icy il n'y a que la Philosophie demo-  
 15 critique de Monsieur Gassendi, qu'il a faite au ſuiet de la  
 vie d'Epicure<sup>c</sup>; vn ramas de Betinus, qu'il appelle Æra-  
 rium<sup>d</sup>, semblable à son Apiarium<sup>e</sup>; quelques traittez de

a. Voir ci-après lettre DLXXVII, du 27 novembre.

b. La traduction latine de Schooten, avec commentaiſes, achevée d'im-  
 primer en août, mais que Carcavi n'aura pas encore reçue en septembre.  
 lettres DLXV et DLXX ci-après (*Clers.*, III, 443 et 451).

c. Titre complet : *De vita, moribus et placitis Epicuri seu animadver-  
 siones in X librum Diogenis Laertii*. Et en appendice : *Syntagma philo-  
 sophiæ Epicuri cum refutationibus dogmatum quæ contra fidem christia-  
 nam ab eo asserta sunt, etc.* (Paris, 1649.)

d. *Ærarium Philosophiæ Mathematicæ*, in quo Elementa Philosophiæ  
 Geometricæ de Planis, Curuis et Solidis figuris applicata et ornata,  
 vsibus eximijs in omni Scientiarum et Artium genere, nouis Praxibus,  
 Paradoxis locis Aristotelicis et aliorum Philosophorum et Scriptorum,  
 Corollarijs, Scholijs, Eruditionibus, Moralitatibus, Demonstrationibus  
 nouis, facillimis et vniuersalissimis confirmata. (Bononiæ, typis Io. Bap-  
 tistæ Ferronij cum facultate superiorum, tom. I, II et III, fol., MDCXLVIII.)

e. *Apiaria uniuersæ philosophiæ mathematicæ*, in quibus paradoxa et  
 noua pleraquæ machinamenta ad vsus eximios traducta, et facillimis de-  
 monstrationibus confirmata, etc. Opus non modo Philosophis, Mathema-  
 ticcis, sed et Physicis, Anatomicis, Militaribus viris, Machinariæ, Musicæ,

feu Cavalieri<sup>a</sup>; & vne Deffense de la quadrature du Pere Gregorius à S. Vincentio, contre ce qu'en a remarqué le Pere Mersenne dans ses derniers ouurages<sup>b</sup>; lequel Pere Mersenne ayant laissé à Monsieur de Roberual le soin d'acheuer ce qu'il adioûtoit à l'impression de la Perspective du Pere Nicéron, ledit sieur de Roberual prendra cette occasion pour monstrier en peu de mots en quoy il croit qu'il s'est trompé. 5

Vous me permettez, s'il vous plait, de vous écrire ce qu'il m'a dit sur le sujet des asymmetries de Monsieur de Fermat<sup>c</sup>, sçavoir, que vous ne prenez pas, ou qu'il semble que vous ne vouliez pas prendre<sup>d</sup>, ce que ie vous ay mandé de luy sur ce sujet, & que sa solution porte sa demonstration avec soy, quelque nombre qu'il y ait de racines; & que ce que Monsieur de Fermat nomme  $\sqrt{ba}$ , il l'appelle b, & ainsi des autres, ne s'arrestant point dans la suite de l'operation, iusques à ce que l'équation subsiste sous b<sup>2</sup> ou ses degrez plus hauts par nombre pair, & qu'ainsi l'asymmetrie en est ostée. Voila tout ce qu'il m'a dit sur 10 15

Poeticæ, Agrariæ, Architecturæ, Mercaturæ professoribus, etc., vtilissimum... in duos Tomos distributum. Authore MARIO BETTINO BONONIENSI e Soc. Iesu, olim in publico Parmensi Gymnasio Philosophiæ Mathematicæ et Philosophiæ Moralis Lectore. (*Ib.*, t. I et II, fol., MDCXXXII). — Tomus tertius complectens Fucaria, et Auctaria Militaria, Stereometrica, Conica, et nouas alias iucundas Praxes ac Theorias in omni Mathematicarum Scientiarum genere (*Ib.*, MDCLV).

a. Bonav. Cavalieri mourut le 3 décembre 1647. Il s'agit ici de ses six *Exercitationes geometricæ*, imprimées à Bologne (Typis Jacobi Montii), en 1647, in-4°.

b. Cette *Deffense* est l'opuscule de Saraza, mentionné plus haut, p. 321, *éclaircissement*. La réimpression de la *Perspective* de Nicéron fut faite en 1652.

c. Voir ci-avant p. 366, l. 17. Il faut probablement lire, au lieu de  $\sqrt{ba}$ ,  $\sqrt{ba} - aa$  (Cf. ci-avant, p. 256, l. 17.)

d. Faut-il lire *comprendre* et, une ligne plus haut, *comprenez* ?



ce sujet, sur lequel ie crois que vous me ferez la faueur de me mander vostre methode avec sa demonstration, ainsi que ie vous en ay supplié par ma precedente.

Ledit Sieur m'a encore dit, sur ce que vous l'appellez  
 5 vostre ennemy, qu'il n'a iamais eu d'autre pensée que de vous honorer, & m'a prié de vous l'écrire formellement, comme ie feray cy-apres, pourueu que vous me fassiez la grace de le trouuer bon, & de croire que ie ne le fais pas pour luy plaire, mais par vn desir que i'ay de resta-  
 10 blir. si ie pouuois, la paix entre vous, qui a peut-estre esté troublée innocemment par le bon Pere Mersenne, qui prenoit parfois les choses vn peu trop cruément, & les escriuoit souuent plustost selon son genie que comme elles estoient en effet. Ledit sieur de Roberual m'a donc  
 15 dit que, si vous l'appellez vostre ennemy, parce qu'il vous a recherché en particulier pour vous dire quelque chose qui ne luy sembloit pas bien dans vostre Geometrie, dont il a esté obligé de donner des | demonstrations à ceux qui l'en pressoient, suiuant l'obligation de sa charge, il ne  
 20 peut éuiter d'estre vostre ennemy de cette sorte, mais que cette inimitié ne sera pas reciproque, car elle ne sera que dans la creance que vous en aurez, estant disposé par tout ailleurs à rendre ce qu'il doit à vostre merite & à vostre condition, ainsi qu'il vous a protesté de viue voix<sup>a</sup>. Or ce  
 25 qu'il trouue n'estre pas bien dans vostre Geometrie est :

1. Page 326<sup>b</sup>. Que le point C est par tous les angles que vous auez nommez, & que vous ne nommez point celuy où il ne peut estre; & que i' mais la question n'est impossible.

a. Voir ci-avant p. 201-202. Voir aussi t. IV, p. 363 et 526.

b. Page 326 de l'édition *princeps* (Leyde, Ian Maire, 1637). — Pages 398 et 399 de la présente édition.

2. Page 373<sup>a</sup>. Vous dites qu'il y a autant de racines vraies que les signes + & — se trouuent de fois estre changez en vne équation, &c. Il y a demonstration du contraire en vne infinité de cas.

3. Pages 405, 406<sup>b</sup>. Touchant le cercle qui coupe 5  
vostre parabole ou plustost conchoïde parabolique, il y a  
vne faute & vne omission. La faute est en ce que vous  
soutenez que le cercle peut couper cette conchoïde en  
six endroits, sans auoir égard à sa compagne qui est de  
l'autre part de la ligne DO, & que vous n'avez pas re- 10  
presentée. Il y a demonstration qu'il ne la peut couper  
qu'en quatre endroits, de quelque façon qu'elle puisse estre  
faite. L'omission est en ce que vous ne vous seruez pas de  
sa compagne qui est absolument necessaire pour resoudre  
les équations qui ont six racines vraies; & que cette omif- 15  
sion deuiet bien plus considerable, en ce que, pour six  
racines vraies, vous faites tomber vos perpendiculaires  
CG, NR, QO, &c., sur la ligne DO, & cependant  
elle y est absolument inutile, & il se faut seruir d'une  
autre, comme, dans la parabole ordinaire, qui la voudroit 20  
faire seruir à vne équation cubique, ou quarré-quar-  
rée<sup>c</sup>, affectée sous tous les degrez, accompagnant cette  
parabole d'un cercle, comme vous faites tres-elegamment,  
il ne faut pas se seruir de l'axe. Excusez, s'il vous plaist,  
ma liberté qui ne part que d'un cœur sincere & de 25

Page 371, l. 11. — Le P. Maignan, Minime, qui enseigna la philosophie à Toulouse, puis à Rome, et avait déjà écrit à Mersenne, de Paris, le 17 juillet 1648 :

« ...Par mes principes physiques, i'ay trouvé geometriquement la pro-

a. Page 446 de la présente édition.

b. Pages 478 et 479 (fig. p. 477).

c. Clers. : quarrée (au lieu de quarré-quarrée).

» portion des refractions, qui est la mesme que celle de M. des Cartes, et  
 » de Hobes dans vostre 2 tome de *Physico-mathem.* »

« Ils m'excuseront, si ie monstre que leurs principes de ce mouvement  
 » *propagatus a lucido intumescence et detumescence* sont faux, et que, *iis*  
 » *etiam admissis, impossibile est ut fiant refractiones sicut fieri constat.*  
 » Ayant trouué la proportion des refractions, et la refraction du cristal,  
 » ie trouue l'hyperbole et l'ellipse qu'il faut pour le telescope, et donne  
 » une machine, laquelle fera tout aussi exactement la forme hyperbo-  
 » lique et elliptique, comme la spherique... » (*Bibl. Nat., fr. n. a. 6284,*  
*512 [249].*)

Voici deux documents curieux, relatifs à Maignan, tirés d'une lettre de  
 Dom Anthoine Vinot, Bénédictin, à Clersevier, « de Chartres, ce 24 may  
 » 1660 » :

« ... Je m'estonne encore dauantage de ce que le P. Theophile a ou-  
 » blié, dans son *Exuuiæ*, vn Ph(ilosophe) Illustre, qu'il n'a pu ne pas  
 » connoistre, puisqu'ils se sont rencontrez plus d'une fois a Rome et a  
 » Toloze. Ce Philosophe mathematicien s'appelle Emmanuel Maignan,  
 » de l'ordre des Minimes, qui enseigne maintenant la Theologie a Rome,  
 » au Couuent de la Trinité du Mont. C'est ce Religieux au nom duquel  
 » le P. Mersenne propose quantité de questions dans diuerses lettres  
 » contenues au second volume des Lettres de M<sup>r</sup> Desc., que vous don-  
 » nastes au public l'autre année. Ce bon Pere fist imprimer a Toloze,  
 » l'an 1653, avec approbation des docteurs et des superieurs de son  
 » ordre, vn cours entier de Philosophie, sous ce titre qu'il remplit assez  
 » bien : *Cursus Philosophicus concinnatus ex notissimis cuique principiis,*  
 » *ac presertim quoad res Physicas instauratus, ex lege naturæ sensatis*  
 » *experimentis comprobata.* Et il a enseigné toutes les propositions de ce  
 » cours dans Rome, en presence de tout ce qu'il (y) auoit d'Illustres dans  
 » cette grande ville capitale de la Religion et nommement du Cardinal  
 » Spada qu'il appelle son Mécenas. Dans ce cours il rejette absolument  
 » toutes les formes substantielles, les accidens et les modes separez,  
 » par des raisons conuaincantes. » (*Bibl. de Chartres, 3 G, 366, p. 664-*  
*665.*)

« ... Et pour dire encore vn mot en passant du Pere Minime, qui estoit  
 » autrefois amy intime des feu Peres Mersenne et Nicéron, il loue fort  
 » M<sup>r</sup> Desc. en plusieurs endroits et il a emprunté de luy, sans le nommer,  
 » ce qu'il a de plus beau et de plus fort ; mais il ne laisse pas de le refuter  
 » en trois choses principalement, qui sont l'Explication des proprieté de  
 » l'Ayman, de la pesanteur, et du retour ou restablissement des corps qui  
 » font ressort. Ie vous ay desja dit qu'il nie tout a plat les accidens,  
 » formes substantielles et autres telles racailles de petits estres ; mais,  
 » d'un autre costé, il admet le vuide, grand et petit, la penetration et redu-  
 » plication des corps ; il donne des pensées et perceptions aux animaux,  
 » bien qu'il dise expressement que l'ame qui les informe n'est rien autre

» chose que les plus pures parties du sang qu'on nomme Esprits. Il ex-  
 » plique les attrait magnetiques et electriques par cet intelligible (*inin-*  
 » *telligible* ?) terme de sympathie; les mouvemens des Corps par des  
 » principes *ab intrinseco* et les mouuemens de l'ange et l'ame raisonnable  
 » par l'exercice de certaines extensions virtuelles ou plutost imaginaires.  
 » Enfin il a encore quantité d'autres bagatelles, qu'on pourroit appeller  
 » *veræ Philosophiæ dekonestamenta*, tant il est vray ce que je dis souuent  
 » que *soli Cartesio datum ex omni parte sapere*, les autres n'estant Philo-  
 » sophes que par partie et ausquels on pourroit appliquer cette parole  
 » que St Paul attribue a tous les voyageurs, *ex parte cognoscunt, ex parte*  
 » *prophetant.* » (*Ib.*, p. 688-689.)

## DLXIV.

## MORUS A DESCARTES.

[Cambridge, 23 juillet 1649.]

Texte de Clerselier, tome I, lettre 70, p. 296-302.

*La date est donnée par la réponse de Descartes, lettre DLXVI  
 ci-après. Morus répond ici à la lettre DLIV du 15 avril, p. 340.  
 Voir le prolégomène, p. 235, et l'éclaircissement, p. 246.*

*Illustrissimo Viro, Principique Philosopho,  
 Renato Descartes,  
 Henricus Morus.*

*Vix me abstinebam (Vir clarissime) quin ab acceptis  
 tuis litteris continuò ad te rescriberem, quamuis pro- 5  
 fecto id à me factum fuerit inciuiilius, quippe quod satis  
 ex iisdem intelligerem te per septimanas benè multas | ne-  
 gotijs fore districlissimum. Quin & mihi ipsi tunc tem-  
 poris à patris obitu acciderunt multa, quæ me alio auoca-  
 runt, impediueruntque adeo, vt quod voluisssem maximè, 10  
 præstare haud commodè potuisssem. Iam verò ad te tua-  
 que reuersus satisque nactus otij rescribo, gratiasque ago*

*maximas, quòd quærendi de tuis scriptis quod lubet obijciendique, plenum mihi ius tam liberè benignèque concesseris.*

*Cæterùm, ne abuti videar hâc summâ humanitate tuâ ad prolixiores altercationes (nam hæcenus eo in loco Philosophiæ versati sumus, qui λογισμολογίας lubricisque subtilitatibus opportunior extitit, in confinijs utique Physices, Metaphysicæ & Logicæ), ad ea propero, quæ certum magis firmumque iudicium capiunt.*

*Obiter tantùm notabo, atque primò ad Responzionem ad Instantias primas<sup>a</sup>. Quantum ad Angelos animasque separatas, si immediatè suas inuicem deprehendant essentias, id non dici posse sensum propriè, si ipsos fingas penitùs incorporeos. Me verò lubentem cum Platonicis, antiquis Patribus, magisque fermè omnibus, & animas & genios omnes tam bonos quàm malos, planè corporeos agnoscere, ac proindè sensum habere propriè dictum, i. e. mediante corpore quo induuntur exortum. Et profecò, cùm nihil non magnum de tuo ingenio mihi pollicear, perquàm gratissimum esset, si coniecturas tuas, quas credo pro eâ quâ polles sagacitate ac acumine fore ingeniosissimas, mecum breuiter communices super hâc re. Nam, quòd quidam magnificè se efferunt in non admittendo substantias vllas quas vocant separatas, vt dæmonas, Angelos, animasque post mortem superflites, & maximoperè hîc sibi applaudunt, quasi re<sup>b</sup> benè gestâ, & tanquam eo ipso longè sapientiores euassissent cæteris mortalibus, id ego non huius æstimo. Nam, quod sæpiùs obseruauî, hi sunt vt plurimùm, aut taurini sanguinis homines, per-*

a. Voir ci-avant, p. 341, l. 5.

b. Clers. : ac.

ditèque melancholici, aut immane quantum sensibus & voluptatibus dediti, Athei denique, saltem si permetteret Religio, quâ solâ superstitosè freti Deum esse agnoscunt. Me vero non pudet palàm profiteri, me, vel semoto omni Religionis imperio, meâ sponte agnoscere, genios esse atque Deum, nec ullum alium tamen me posse admittere, nisi qualem optimus quisque ac sapientissimus exoptaret, si deesset, existerè. Vnde semper suspicatus sum, profligatissimæ improbitatis summæque stupiditatis triumphum esse Atheismum; Atheorumque gloriationem perindè esse, ac si stultissimus populus de sapientissimi benignissimique principis cæde ouarent inter se & gratularentur. Sed nescio quo impetu huc excursus est<sup>a</sup>. Redeo.

Secundo, quod ad demonstrationem illam tuam attinet, quâ concludis omnem substantiam extensam esse tangibilem & impenetrabilem<sup>b</sup>, videor mihi hæc posse regerere. In aliquâ scilicet substantiâ extensâ partes extra partes esse posse, sine ullâ ἀντιτιπία, seu mutuâ resistentiâ, atque hinc perit propriè dicta tangibilitas. Deinde extensionem simul cum substantiâ in reliquam replicari extensionem & substantiam, nec deperdi magis quàm illam substantiæ partem quæ retrahitur in alteram, atque hinc cadit illa impenetrabilitas. Quæ profiteor me clarè & distinctè animo concipere. Quòd autem aliquod reale claudi possit (sine ullâ sui diminutione) minoribus maioribusque terminis, constat in motu, ex tuis ipsius principijs. Nam idem numero motus nunc maius nunc minus subiectum occupat, iuxta tuam etiam sententiam. Ego verò pari facilitate & perspicuitate concipio dari posse substantiam,

a. est] de Clers.

b. Page 341, l. 25.

*quæ sine ullâ suâ imminutione dilatari & contrahi possit, siue per se id fiat, siue aliundè.*

*Postremò igitur, & demiror equidem, quòd ne in intellectu tuo cadere possit, quòd aut mens humana aut*  
 5 *Angelus hoc fermè modo sint extensi, quasi implicaret contradictionem. Cùm ego potiùs putarem implicare contradictionem, quòd potentia mentis sit extensa, cùm mens ipsa non sit extensa vllo modo. Cùm enim potentia mentis sit modus mentis intrinsecus, non est extra mentem ipsam,*  
 10 *vt patet. Et consimilis ratio est de Deo; vnde me consimilis ferit admiratio, quòd in Responsione ad penultimas Instantias<sup>a</sup> concedis eum vbique esse ratione potentiæ, non ratione essentiæ; quasi potentia diuina, quæ Dei modus est, extra Deum esset sita, cùm modus realis quilibet intimè semper insit rei cuius est modus. Vnde necesse est*  
 15 *Deum esse vbique, si potentia eius vbique sit.*

*Neque suspicari possum per potentiam Dei intelligere te velle, effectum in materiam transmissum. Quòd si hoc intelligas, non video tamen quin eodem res recidat. Nam*  
 20 *hic effectus non transmittitur nisi <per> potentiam diuinam, quæ attingit materiam suscipientem, hoc est, modo aliquo reali vnitur cum eâ, ac proindè extenditur; nec tamen intereà separatur ab ipsâ diuinâ essentiâ. Videtur enim, vt dixi, conspicua contradictio. Sed hisce statui non*  
 25 *immorandum.*

*Ad Quæstiones transvolo, postquam monuerim, quàm contristat animum continuationis tuæ Philosophiæ desperationis. Sed æquè refocillat tamen certa spes Tractatûs illius desideratissimi, quem hæc æstas parturit; citò &*  
 30 *fæliciter in lucem prodeat, exopto.*

a. Ci-avant, p. 343, l. 14.

Ad Responf.  
Quæſtiones.

*Ad primam & secundam<sup>a</sup>, respondes sanè conſtanter & conuenienter tuis principijs. quod à quolibet, niſi ſententia vicerit melior, & expecto, & laudo.*

*Ad tertiam<sup>b</sup>, ex nauigiolo illo tuo has mihi comparauit merces : 1, In motu eſſe mutuuum eorum quæ moueri dicuntur renixum. 2, Quietem eſſe actionem, nempe renixum quendam, ſiue reſiſtentiam. 3, Moueri duo corpora, eſſe immediatè ſeparari. 4, Immediatam illam ſeparationem eſſe motum illum, ſiue translationem, præciſè ſumptum.*

*Cùm verò duo corpora ſe expediunt à ſe inuicem, niſi vim in vtroque expeditricem & avulſoriam adieceris notioni translationis ſeu motûs, motus hic erit extrinſecus tantùm reſpectus, aut aliquid fortàſſe leuius. Separari enim, vel ſignificat, ſuperficies corporum quæ ſe modò | mutuò tangebant diſtare à ſe inuicem (diſtantia autem corporum extrinſecus tantùm eſt reſpectus); vel ſignificat non tangere quæ modò tangebant, quæ priuatio duntaxat eſt, vel negatio. Certè de ſententiâ tuâ hâc in re non ſatis clarè mihi conſtat.*

*Ego verò, ſi mihi ipſi permetterer, iudicarem motum eſſe vim illam vel actionem, quâ ſe à ſe inuicem mutuò expediunt corpora quæ dicis moueri; immediatam autem illam ſeparationem eorundem eſſe effectum dicti motûs, quamuis ſit vel nudus duntaxat reſpectus, vel priuatio. Sed aliter tibi viſum eſt philoſophari in explicatione definitionis motûs, Art. 25 Part. 2, vbi equidem mentem tuam non plenè capio<sup>c</sup>.*

*Ad reliquas Quæſtiones omnes quas propoſui, respon-*

a. Ci-avant, p. 345, l. 9 et 17.

b. Page 345, l. 22.

c. *Principia Philoſophiæ*, p. 46.



*disti perspicuè & appositè. Sed ad pleniorè intelligentiam eorum quæ ad sextam accumulau<sup>a</sup>, expecto dum prodeat exoptatissimus tuus libellus de Affectibus.*

*Cæterùm, quantum ad verba illa mea vltima : An vlla res, &c.<sup>b</sup>, parturibat profecto mihi mens euanidam aliquam subtilitatem, quæ iam effugit, nec meâ interest reuocare.*

*Hoc tantùm quæram denuò : Vtrùm materia sibi liberè permiffa, id est nullum aliundè impulsum suscipiens, moueretur an quiesceret? Si mouetur à se naturaliter, cum materia sit homogènea, & eapropter motus vbique esset æqualis, sequitur quòd tota materia, simul ac fuerit, disijceretur in partes tam infinitè exiles, vt nihil vllò modo vlteriùs abradi possèt ab vllâ particulâ. Quicquid enim abradendum imaginariis, iam dissectum est ac dissolutum, ob intimam vim motûs per vniuersam materiam peruadentis, vel, si malles, insiti. Nec partium aliæ alijs magis mutuò adhærescent, aliòue cursum flectent, quàm aliæ, cum sint omnes prorsus consimiles iuxta quamlibet rationem imaginabilem.*

*Nulla enim figuræ asperitas, vel angulositas, fingi potest, quæ non iam contusa sit ad vltimum quod motus poterit præstare. Nec vlla motûs inæqualitas in vllis particulis ponenda est, cum materia supponatur perfectè homogènea. Si naturaliter igitur moueretur materia, nec sol, nec cælum, nec terra esset, nec vortices vlli, nec heterogeneum quicquam, siue sensibile siue imaginabile, in rerum naturâ. Ideoque periret tuum condendi cælos, terrasque, cæteraque sensibilia, mirificum artificium.*

a. Ci-avant, p. 347, l. 17.

b. Page 348, l. 18.

Quòd si materiam quiescere dicis ex se. nisi aliundè mouetur, quòdque hæc quies sit positivum quid, vim inde materia æternum pateretur, & affectio naturalis destrueretur in perpetuum, vt contraria dominaretur ; quod videtur duriusculum. Nec tamen tutius forsitan esset quietem statuere motus priuationem, siue negationem ; caderet enim omnis resistendi actio in materia quiescente, quam tamen agnoscis ; quamvis & id ipsum intellectui meo nonnihil negotij faceffat. Dum enim quietem actionem statuis materiæ, motum etiam eandem esse statuas necesse est ; siquidem materia non agit nisi mouendo, aut saltem conando motum. Malè profecto me habent isti scrupuli, quos quamprimùm eximere mihi poteris. obsecro vt eximas.

Quinetiam adeo superstiosè hæc prima principia pensito, vt noua iam mihi ingeratur difficultas de naturâ motus. Cùm scilicet motus corporis modus sit, vt figura, situs partium &c., qui fieri possset, vt transeat ab vno corpore in aliud, magis quàm alij modi corporei ? Et vniuersim imaginatio mea non capit, qui possit fieri, vt quicquam, quod extra subiectum esse non potest (cuiusmodi sunt modi omnes), in aliud migret subiectum. Deinde quæram : cum vnum corpus in aliud minus, sed quiescens, impingit, secumque defert, annon quies quiescentis corporis similiter transmigrat in deferens, æquè ac motus mouentis in quiescens ? Videtur enim quies res adeò otiosa ac pigra, vt<sup>a</sup> tædeat itineris ; cum tamen æquè realis sit ac motus, ratio cogit eam transire.

Postremò, obstupesco planè, dum considero, quòd tam leuicula ac vilis res ac motus, solubilis etiam à subiecto

a. Edit. lat. : eam ajouté avant tædeat.

& transmigrabilis, adeoque debilis ac euanidæ naturæ vt  
 periret protinus, nisi sustentaretur à subiecto, tam po-  
 tenter tamen contorqueret subiectum, & hac vel illac tam  
 fortiter impelleret. Equidem pronior sum in hanc senten-  
 5 tiam, quòd nullus prorsum sit motuum transitus; sed quod  
 ex impulsu vnus corporis aliud corpus in motum quasi  
 expergiscatur, vt anima in cogitationem ex hâc vel illâ  
 occasione; quòdque corpus non tam suscipiat motum,  
 quàm se in motum exerat, à corpore alio commonefa-  
 10 ctum; & quod paulò antè dixi, eodem modo se habere  
 motum ad corpus, ac cogitatio se habet ad mentem, ni-  
 mirùm neutrum recipi, sed oriri vtrosque ex subiecto in  
 quo inueniuntur. Atque omne hoc quod corpus dicitur,  
 stupidè & temulentè esse viuum, vtpote quod vltimam in-  
 15 simamque diuinæ essentiæ, quam perfectissimam vitam  
 autumo, vmbra esse statuo ac idolum, veruntamen sensu  
 ac animaduersione destitutam.

Cæterùm, transitus ille tuus motuum à subiecto in sub-  
 iectum, idque à maiori in minus, & vicissim, vt supra mo-  
 20 nui, optimè repræsentat naturam meorum Spirituum ex-  
 tensorum, qui contrahere se possunt, & rursus expandere;  
 penetrare facillimè materiam & non implere; agitare  
 quouis modo ac mouere, & tamen siné machinis vllis &  
 vncorum nexu.

Ici s'arrête la partie de la lettre de More, à laquelle répondra Des-  
 cartes (lettre DLXVI ci-après). Le reste fut bien envoyé au philosophe et  
 lui parvint; mais il n'y put répondre. Nous ne donnerons donc la suite de  
 cette troisième lettre de More, ainsi que la quatrième, du 21 octobre 1649,  
 qu'à titre de document, et non plus comme une pièce nécessaire à l'in-  
 telligence de la correspondance du philosophe. En voici le texte, d'après  
 Clerselier, t. I, p. 302-311 :

« Verùm diutiùs in hoc loco hæsi quàm putaram : sed ad institutum

» propero, hoc est ad nouas quæstiones proponendas, super singulis illis  
 » articulis Principiorum tuæ Philosophiæ, quorum vim nondùm satis  
 » intelligo. »

« *Ad Partis primæ Artic. 8 : Perspicuè videmus, etc.* »

« Nec perspicuè videmus extensionem, figuram, et motum localem, ad  
 » naturam nostram pertinere: nec videmus perspicuè non pertinere. Vti-  
 » nam hic breuiter demonstres nullum corpus posse cogitare! »

« *Ad Artic. 37.* »

« Annon maior perfectio est id solum velle posse hominem quod sibi  
 » optimum esset, quàm posse etiam contrarium, cùm melius sit semper  
 » fælicem esse, quàm vel summis aliquando efferri laudibus, vel etiam  
 » semper? »

« *Ad Artic. 54.* »

« Hic rursùs repeto, quod oportebat demonstrare, nihil extensum cogi-  
 » tare, aut, quod videbitur facilius, nullum corpus posse cogitare. Est  
 » enim dignum ingenio tuo argumentum. »

« *Ad Artic. 60.* »

« Quamuis mens possit contemplari seipsam vt rem cogitantem, ex-  
 » clusà omni corporeà extensione in hoc conceptu, non tamen euincit  
 » quicquam aliud, nisi quòd mens possit esse corporea vel incorporea,  
 » non quòd sit de facto incorporea. Iterum igitur rogandus es, vt demons-  
 » tres, ex aliquibus operationibus mentis humanæ, quæ corporeæ naturæ  
 » competere non possunt, hanc mentem nostram esse incorpoream. »

« *Ad Partis secundæ Artic. 25 : Non vim vel actionem quæ transfert,*  
 » *vt ostendam illum semper esse in mobili, etc.* »

« Annon igitur vis ipsa, atque actio motûs, est in re motâ? »

« *Ad Artic. 26.* »

« Estne igitur in quiescentibus perpetua quædam vis statoria, vel  
 » actio sistendi se, et corroborandi contra impetus omnes, quibus partes  
 » eorum diuelli possint et disijci, vel totum corpus aliò abripi et trans-  
 » ferri? Adeo vt quies rectè definiri possit, vis quædam vel actio interna  
 » corporis, quæ corporis partes arcè constringuntur ad se inuicem et  
 » comprimuntur, adeòque à diuisione vel dimotione, per impulsum  
 » alieni corporis, defenduntur? Hinc enim illud consurgeret, quod à meo  
 » intellectu minimè alienum est: Materiam vtique vitam esse quandam  
 » obscuram (vtpote quam vltimam Dei vmbra existimo), nec in solâ  
 » extensione partium consistere, sed in aliquali semper actione, hoc est,  
 » vel in quiete vel in motu, quorum vtrumque reuerà actionem esse ipse  
 » concedis. »

| « *Ad Artic. 30.* »

« Hic articulus videtur continere demonstrationem evidentissimam,  
» quòd translatio siue motus localis (nisi extrinsecus sit corporum res-  
» pectus duntaxat) non sit reciprocus vlllo modo. »

« *Ad Artic. 36.* »

« Quæro : Annon mens humana, dum spiritus accendit, attentius diu-  
» tiùsque cogitando, corpusque insuper ipsum calefacit, motum auget  
» vniuersi ? »

« *Ad Artic. 55.* »

« Nunquid igitur cubus perfectè durus, perfectéque planus, motus su-  
» per mensâ, puta perfectè durâ perfectéque planâ, eo ipso instanti quo  
» à motu sistitur, æquè firmiter coalescit cum mensâ, ac cubi vel mensæ  
» partes cum seipsis? An manet diuisus à mensâ semper, an ad tempus  
» saltem, post quietem? Nulla enim est compressura cubi in mensam,  
» cùm hunc motum tanquam in vacuo factum imaginemur, super men-  
» sam extra mundi parietes, si fieri posset, sitam, ac proindè vbi nullus  
» locus est grauitati vel leuitati; motumque sisti ex eâ parte ad quam  
» tendit cubus. Videntur igitur ex lege naturæ, cùm iam diuisa sint cubus  
» et mensa, et nulla actio realis detur quâ coniungantur, mansura semper  
» actu diuisa. »

« *Ad Artic. 56 et 57.* »

« Non video qui sit opus, vt tam amplos particularum gyros ac lusus  
» circa corpus B describas. Videtur enim satis, si putemus singulas aquæ  
» particulas simili impetu moueri à materiâ subtili, et æquales esse par-  
» ticularum magnitudines. Hinc enim, cùm B à quolibet latere breuis-  
» simis gyris vel semigyris, vel aliâ quâcumque ratione motûs proximè  
» adiacentium particularum, contunditur, necessariò quiescet, nec in  
» vnam partem magis quàm in aliam promouebitur. »

« *Ad Artic. 57, lineam 19 : Nec incedent per lineas t.m rectas, etc.* »

« Quid? quòd iam ad circùlarem magis accedunt, cùm antea oualem  
» magis | referebant figuram? Non plenè capio. »

« *Ad Artic. 60 : Sed ipsas*

« *quatenus celerius aguntur in quaslibet alias partes ferri.* »

« Possuntne igitur celeritas motûs et eiusdem determinatio diuor-  
» tium pati? Perindè enim videtur, ac si fingamus viatorem currentem  
» cursum quidem dirigere Londinum versus, sed celeritatem cursûs nihi-  
» lominus ferri Cantabrigiam versus vel Oxonium. Subtilitas quam neu-  
» tra Vniuersitas capiet, nisi forte intelligas per *ferri*, motum moliri, vel  
» niti vt aliquorsum fiat motus. »

« *Ad Partis Tertiæ Artic. 16.* »

« Annon iuxta Ptolemaicam hypothesin Veneris lumen, ad modum  
» Lunæ, nunc decresceret, nunc cresceret, quamvis non tam ampliter<sup>a</sup>? »

« *Ad Artic. 35.* »

« Quî fit vt Planetæ omnes in eodem non circumgyrentur plano (vide-  
» licet in plano Eclipticæ), maculæque adeò solares, aut saltem in planis  
» Eclipticæ parallelis, ipsaque Luna, aut in Æquatore aut in plano  
» Æquatori parallelo, cùm a nullâ internâ vi dirigantur, sed externo tan-  
» tum ferantur impetu? »

« *Ad Artic. 36, 37.* »

« Vellem etiam mihi subindices rationem Apheliorum et Perihelio-  
» rum Planetarum, et quam ob causam locum subindè mutant singula,  
» tum maximè cùm in eodem sint vortice omnia? cur non iisdem in locis  
» inueniuntur Planetarum omnium Primariorum Aphelia et Perihelia?  
» Præcessio etiam Æquinociorum, quomodo ex tuis oriatur principijs?  
» Hic enim tu veras et naturales horum Phænomenon causas explicare  
» poteris, cùm alij fictitias tantum exponant Hypotheses. »

« *Ad Artic. 55: Quæ in orbem aguntur.* »

« Sed quomodo primùm inceperunt tam immensa materiæ spatia in  
» gyros conuolui, vorticesque fieri? »

« *Ad Artic. 57: | Eius partem quæ à funda impeditur, etc.* »

« Videtur perceptu difficilior, quod lapis A impediatur à motu in D,  
» cùm nec de facto illuc vnquam feratur, nec si impedimentum tollere-  
» tur, illuc naturaliter pergeret. Pergeret enim omnino versus C. »

« *Ad Artic. 59.* »

« Nouam vim motûs acquiri, et tamen conatum renouari hic dicis.  
» Nescio quàm benè cohærent<sup>b</sup>. Nam si noua vis acquiritur et superad-  
» ditur, non est renouatio motûs, sed augmentatio. Quòd si globulus A  
» mouendo motum auget, in eodem puncto baculi existens<sup>c</sup>, cur non sem-  
» per motus seipsum mouendo accendit et auget? Hoc autem modo iam  
» pridem omnia in flammam abiissent. »

« *Ad Artic. 62.* »

« Hic quæro, cùm conatus globulorum, in quo lux et lumen consistit,

a. Non tam ampliter] non eisdem numeris et legibus. (*Edit. lat.*)

b. Cohærent] ea cohæreant. (*Edit. lat.*)

c. *Après existens]* (nam vorticis globulos hoc exemplum respicit). (*Edit. lat.*)

» fiat per integram vorticis amplitudinem, ita vt basis trianguli BFD  
 » multò maior esse possit quàm DB, et ab vtrinq<sup>a</sup> productæ diametri  
 » DB, decies puta vel centies maioris factæ, extremitatibus, globuli obli-  
 » quo conatu in cuspidem aliquam ad F, oculum cuiuslibet intuentis,  
 » reprimantur; cur lux, puta solis, non maior videtur, quàm quæ sit intra  
 » circulum DCB? »

« *Ad Artic. 72.* »

« Non penitùs hoc artificium contorquendi materiam primi elementi  
 » in spirales siue cochleares formas intelligo; præsertim in locis ab axe  
 » paulo remotioribus. Nisi hoc fiat, non tam quòd globuli torqueantur  
 » circa particulas primi elementi, quàm quòd ipsum primum elementum,  
 » ab ipsis fortasse globulis leuiter in gyrationem determinatum, se ipsum  
 » inter triangularia illa spatia contorqueat, lineasque spirales in se de-  
 » scribat. Oro te vt hic mentem pleniùs explices. Sed et alia subinde hic  
 » oritur dubitatio. Cum particulæ hæ contortæ constant ex minutissimis  
 » particulis et rapidissimè agitatis, quomodo illæ minutissimæ particulæ  
 » in vllam formam vel magnitudinem maiorem coalescant, præsertim  
 » cùm in formandis hisce particulis striatis di<sup>l</sup>stortio illa sit. motùsque  
 » obliquitas? »

« *Ad Artic. 82 : Tam supremi quàm infimi, etc.* »

« Prodigij instar mihi videtur rapidus hic globulorum supremorum  
 » cursus, præsertim si cum mediorum comparetur, et qui causas quas  
 » in subsequenti articulo profers, longè excedat. Si quid vltèriùs adinuc-  
 » nire possis, quo mollius hoc dogma reddatur, gratum profectò esset  
 » audire. »

« *Ad Artic. 84 : Cur cometarum caudæ, etc.* »

« Primam quamque impatienter tibi obtrudo occasionem explicandi  
 » quodlibet : rogo vt hanc rem etiam hoc in loco breuiter expēdias. »

« *Ad Artic. 108 : Per partes*

» *vicinas Eclipticæ QH in cælum abire coguntur.* »

« Qui fit vt non omnes ferè illuc abeant, potiùs quàm à polo ad polum  
 » migrando vorticem, quem vocas, componant? »

« *Ad Artic. 121 : A varijs causis assiduè potest mutari, etc.* »

« A quibus? »

« *Ad Artic. 129, lin. 15 : Non priùs < ibi > apparere quàm, etc.* »

« Cur circumfluxus illius materiæ, cùm sit adeo transparentis, impedit  
 » Cometam ne videatur? Circumfluens enim materia Iouem Planetam

a. Vtrinq<sup>e</sup>] vtrisque. (*Edit. lat.*)

» non abdit ab oculis nostris. Et cur necesse est vt, non nisi obuolutus  
» materiâ relictî vorticis, Cometa indè egrediatur? »

« *Ad Artic. 130, lin. 21 : Minuitur quidem, etc.* »

« Cur non deletur penitùs, si vortex A E I O fortiùs vel æquè for-  
» titer vrget vicinos vortices, quàm ille ab ipsis vrgetur? »

« *Ad Artic. 149 : Breui accedet ad A, etc.* »

« Cur non ad F vsque pergit, impingitque in ipsam terram? »

« *Ib. : Quia sic à rectâ lineâ<sup>a</sup> minus deflectet.* »

« Non mihi constat lineam NA, continuatam cum AB, lineam magis  
» rectam constituere, quàm eandem NA cum AD continuatam : sed cùm  
» Luna à centro S recedat, ad modum globulorum | cælestium, magis  
» naturaliter videtur consurgere versus B, quàm versus D descendere. »

« *Ad Partis Quartæ Artic. 22 : Nec Terra proprio motu cieatur, etc.* »

« Non video quid refert vnde sit motus ille circularis, modò sit in  
» Terrâ; nec deprehendo quin illi celerrimi gyri Telluris imposita omnia  
» rejicerent versus cælos, quamuis motus non esset proprius, sed ab in-  
» ternâ materiâ cælesti profectus, nisi agitatio circumiacentis ætheris,  
» quam supponis multo celeriore, fatum illud præqueret. Nec videtur  
» Terra habere rationem corporis quiescentis, quoad conatùm partium  
» recedendi à centro (videtur enim illud necessarium in omni corpore cir-  
» culariter moto); sed quòd simul circumuoluitur cum ambiente æthere,  
» nec separantur superficies, hâc forsân ratione dicatur Terra quiescere.  
» Hæc autem dico vt ex te intelligam, annon ratio, quòd partes Terræ  
» non dissiliant, ad solam celeritatem motûs particularum ætheris refe-  
» renda sit. »

« *Ad Artic. 25 : Propter suarum particularum motum inest leuitas.* »

« Quid igitur existimas de frigido et candenti ferro? Vtrum præpon-  
» derat? Prætereà, quomodo moles aquæ leuior fit ob motum partium,  
» cùm motus harum partium tandem à globulis determinatur deorsùm?  
» Hinc enim videtur magis accelerari descensus corporis, vnde maior  
» æstimabitur grauitas. Atque hoc modo aqua auro præponderabit. »

« *Ad Artic. 27 : Nisi forte aliqua exterior causa, etc.* »

« Quænam sint illæ causæ, paucis obsecro vt innuas. »

« *Ad Artic. 133 : Axi parallelas.* »

« Parallelismi mentio hîc me monet de difficultatibus quibusdam fere

a. A lineâ rectâ *Desc. (Principia, p. 185, l. 3-4.)*



» inextricabilibus. Primò, cur tui vortices non fiant in modum columnæ,  
 » seu cylindri, potiùs quàm ellipsis, cùm quodlibet punctum axis sit qua-  
 » si centrum à quo materia cælestis recedat, et, quantum video, æquali  
 » prorsus impetu? Deinde, primum elementum | (cum vbique ab axe  
 » oporteat globulos æquali vi recedere) cur non æqualiter per axem totum  
 » in cylindri formam productum iacet, sed in sphæricam figuram con-  
 » gestum ad medium ferè axis relegatur? Nam occursus huius elementi  
 » primi ab utroque polo vorticis nihil impedit quominus totus axis pro-  
 » ductâ flammâ luceret. Cùm enim vbique cuiuslibet axis æquali vi rece-  
 » dant globuli, faciliùs præterlabentur se inuicem, rectâque pergunt ad  
 » oppositos polos materiæ subtilissimæ irruentia fluentia, quàm excaua-  
 » bunt, vel distudent sibi, in aliquâ axis parte, spatium maius quàm  
 » præsens et æquabilis vorticis circumuolutio lubens admitteret, vel  
 » sponte suâ offerret. Tertiò denique, cùm globuli cælestes circa axem  
 » vorticis ferantur *παράλληλως* et axi et sibi inuicem, nec parallelismum  
 » perdant, dum locum aliquatenus inter seipsos mutant, impossibile vide-  
 » tur vt vlla omninò fiat particularum striatarum intortio, nisi ipsæ par-  
 » ticulæ striatæ in triangularibus illis spatijs circa proprios axes circum-  
 » rotentur, quod quàm commodè fieri possit non video, quemadmodum  
 » supra monui. »

« *Ad Artic. 187: Nulla sympathiæ vel antipathiæ miracula, etc.* »

« Vtinam igitur hic explices, si breuiter fieri possit, quâ ratione me-  
 » chanicâ euenit, vt in duabus chordis, etiam diuersorum instrumento-  
 » rum, vel vnisonis, vel ad illud interuallum musicum quod *διαπασῶν*  
 » dicitur attemperatis, si vna percutiatur, altera in altero instrumento  
 » subsiliat, cùm quæ propiores et laxiores etiam sint, immò et in eodem  
 » instrumento, in quo chorda percussa, tensæ, non omninò moueantur!  
 » Experimentum vulgare est et notissimum. Nulla verò sympathia mihi  
 » videtur magis rationes mechanicas fugere, quàm hic chordarum con-  
 » sensus. »

« *Ad Artic. 188: Ac sextam de homine essem, etc.* »

« Perge, diuine Vir, in istoc opere excolendo et perficiendo. Pro cer-  
 » tissimo enim habeo, nihil vnquam Reipub. literariæ aut gratius aut  
 » vtilius in lucem proditurum. Nec est quod experimentorum defectum  
 » hic causeris. Nam, quantum ad corpus nostrum, accepi à dignis fide  
 » authoribus, te, quæ ad humani corporis Anatomem spectant, accuratis-  
 » simè vniversa explorasse. Quod autem ad animam, cùm talem ipse  
 » nactus sis, quæ in maximè sublimes amplissimasque operationes euigi-  
 » lauit, spiritusque habeas agillimos et subtilissimos, generosa tua mens,  
 » innatâ suâ vi cælestique vigore, tanquam igni Chymicorum aliquo,  
 » freta, ita excutiet se, variasque in formas transmutabit, vt ipsa sibi  
 » facile esse possit infinitorum experimentorum officina. »

« *Ad Artic. 195 : Et Meteoris explicui, etc.* »

» Pulcherrimam sanè colorum rationem in Meteoris explicuisti. Est  
 » tamen eâ de re improba quædam difficultas, quæ magnum imagina-  
 » tioni meæ negotium facessit. Quippe quòd, cùm colorum varietatem  
 » statuas oriri ex proportione quam habet globulorum motus circularis  
 » ad rectilinearem, eueniet necessariò vt aliquando etiam in ijsdem glo-  
 » bulis, et motus circularis rectilinearem, et rectilinearis circularem  
 » eodem tempore superet. Verbi gratiâ, in duobus parietibus oppositis,  
 » quorum vnus rubro, alter cæruleo colore obductus est, interiacentes  
